

CANCELL.  
MARTIS B.  
1718.

*OÖhrn*

~~St. S. B. R.~~

~~XXVIII. 9. a~~

22

Q. D. B. V.

23

DISQUISITIO JURIDICA

DE

COMPENSATIONE DEBITORUM

PUBLICORUM,

Von Abrechnung Staats- und Stadt-Schulden/

Quam,

PRÆSIDE

DN. FERDINANDO CHRISTOPHORO  
HARPPRECHTO, Jurium Doctore & Professore Inclito,

Patrono ac Preceptore suo statem devenerando,

die Decembr.

In Acroaterio JCtorum,


Publicè defendet

Georg. Adolph. Caroc.

TUBINGÆ,

Literis JOH. CONRADI EITELII,

Ao. MDCCIII.



I. N. J.

*PROOEMIUM.*

X quo mihi in juris studio Excellētissimi Domini Præsidis, Patroni mei etatē de venerandi, opera uti licuit, sanè nihil magis in votis habui, quād ut veros inde fructus, qui cunctis Auditoribus semper maximi fuerunt, perciperem, & vel sic Preceptorime optimo industriae meæ pariter ac grati animi, quād ipsum prosequor & semper ac ubique summa cum veneratione prosecutus sum, aliquale testimonium publico quodam specimine exhibere possem. Quod eò minus negligendum mihi fuit, quād sèpius ab honoratissimo Domino Patre meo, cui bona & fausta quævis cordicitus appreco, jussus fui, ne propter summam Doctoris autoritatem, quam & ille merito veneratur, à proposito meo discerem. Feci itaque, quod facere debui ea, quæ se jam B. L. sistit, Dissertatione, cuius argumentum ideo elegi, pro viribus elaboravi, & nunc publicæ ventilationi expono, quād illud Excell. DN. Præsidii non displicere deprehenderim, qui & eā fuit benignitate, ut, et si qualiscunque mens labor Tanto Præside indignus mibimetipſi videretur; tamen illum fere in plerisque probare, suaque incomparabili juris scientia ornare atque illustrare non recusa verit. Quem singularem favorem summā, quādebeo, maximā, qua possum, gratiarum actione publicè deprædicto, unā cum voto conceptissimo, ut DEVST. O. M. Dominum Præsidem, di-vini humani Juris scientissimum virum, de scholis, foro, & si id adjici patietur.

tur, de me quoque optimè meritum quād diutissimè clementer servare, omniq[ue] beare velit felicitate, quæ meritis ipsius, non quidem mibi, planè impari præconi, sed toti Reip. literariæ nunquād non memorandis, perfectè respondeat. Faxit Idem Numen, ut ipsa, quæ sequitur, tractatio, quemadmodum ex istius gratia, immortali cum laude semper mibi extollenda, feliciter cessit: ita etiam in iis, quæ pro ætatis, ingenii, & temporis ratione minus recte scripta sunt, benevolam lecturi veniam mereatur. Quo forte fiet, ut de alia disquisitione, quam de Alodiis Imperij, occasione nobilissimi scripti litteriani de Feudis Imperij meditor, maximè quoad Partem generalem, publico danda eò impensius cogitem,

## §. I.

**P**rimam curam sibi poscit terminorum evolutione, ratione cuius saltim tribus præmonendum, quod vocabulum compensationis in sensu strictiori, quantum scil. modum mutuam obligationem, vel in perpetuum, vel ad tempus tollendi ac minuendi significat, hoc loco accipiatur. In vernacula appellatur eine Vergleichung wagn eine Schuld gegen den andern aufzugeben. Philipp. Andr. Oldenburger, de quat. element. jurid. tit. 5. §. 159. Per debitum autem publicum intelligimus omne id, quod debetur Reip. voce tamen hac latius à nobis accepta, ita nempe, ut solùm in sensu excellentiori totam Remp. collectivè sumptam denotet; verum etiam hujus partem, civitates videlicet, atque universitates, quæ quād variazint, aliundè repetendum. Vid. Hüber. de Jur. Civit. lib. 2. seqq. 3. c. 1. 2. 3. Dn. Hertius, in elem. prud. civil. p. 1. seqq. 5. §. 16. Dn. Lauterbach, ad L. 27. n. de R. C. cap. 2. §. 1. & seqq.

Dividi possunt debita publica potissimum dupliciter (1.) ratione causæ effientis, &c (2.) objecti. Priori respectu illa sunt triplicis generis. Descendunt enim Vel Imò ex lege naturali pariter acci- vili, ita ut Princeps aut Resp. vario jure, communis partim, partim vero singulari, aliquid exigere ac vindicare sibi possit, & quidem a.) jure

a.) jure imperii civilis vel extraordinarii, id quod in exercitio dominii eminentis sese exerit; vel ordinarii, ex quo Principi, aut, ex hujus concessione, Magistratui municipal i debentur vectigalia, tributa, ceteraque præstationes reales ac personales, quæ non solum pro illius arbitrio varie determinari, sed etiam plane de novo, præsertim si populi consensus accedat, introduci possunt. B. Dn. Maurit. in *Post. Feud. de Regal pos. 9.* Zieg. de *Jur. Maj. lib. 2. c. 15. §. 21.* B.) Jure servitutis. Quemadmodum enim privati sæpius in prædio alieno aliquid facere, aut, ne dominus faciat, prohibere possunt, ita etiam Princeps, extra territorium sue civitatis, præcipue in casu publica necessitatibus, ex dispositione legis Naturalis nonnulla jura licet exerceat, quæ forsan non inconcinnè servitutes juris gentium appellaveris, & referri huc poterunt jus petendi transitum innoxium, jus occupandi locum in solo pacato situm; de quo post Grot. & Obrecht, de *Rat. belli*, eruditè commentatur Dn. Coccejus, in *disp. de Jure belli in amicis.*

y.) Jure pignoris. Notum enim est, quod Resp. ratione certorum debitorum jus tacitæ hypothecæ in subditorum suorum bonis habeat. Vid. Dd. ad tit. 7. & Cod. Q. in caus. pign. tac. contr. d.) Jure haereditario. Vid. §. 8. Inßit. Quom. test. infirm. L. fin. m. Qui test. fac. poß. L. 6. 7. Cod. eod. L. 3. 20. Cod. de testam. Add. t. t. Cod. de Bonis vacant. itiq. Comment.

t.) Jure dominii publici, maximè particularis vi cuij<sup>o</sup> Resp. vel Princeps, præter illa bona, quæ jam actualliter quæsivit & possidet, partim ex populi voluntate sive expresa, sive præsumpta, partim ex legis Naturalis & civilis dispositione, certas quasdam res, vel plenè, vel minùs plenè, [ex gr. feuda] in suo patrimonio immediate habet, easque contra quemvis turbatorem & detentorem jure dominii tueri ac persequi potest; vid Beermann. in *Patrial. Polit. c. 18. §. 2.* Titius, in *Specim. Jur. Publ. lib. 2. c. 3.* dummodo jus subditis quæsitum, vel ab illis nondum amissum non iudatur atque intervertatur. Hinc semper irrationalibilis visa fuit illa lex aut confuetudo, quæ naufragorum bona fisco addicit, non solum ab Imper. Constantino, in l. 1. Cod. de naufrag. & paecis liberarum gentium; vid. omnino B. Dn. Scheineman. in *eruditissima disp. de Societate universali*, tb. 26. sed etiam in patria à glorioissimis Ducibus Barnimo & Bogislao X. pia legislatione duabus edictis cassata

ac profligata, teste B. Dn. Martino Rangen, in *Not. ad Origin. Pomeran.* p. 331. Conf. Inclitus quondam Patrix JCus B. Dn. Gerdes, in *diss. de Jur. Naufrag.* Vel z dō ex transgressione legis h. e. Delicto. Vid. B. Dn. Kulpis, in *Colleg. Grot. Ex. 9. p. III. lit. e. Ex-* cell. Dn. Graff. Patron. ac Pr̄cept. meus devenerandus in *Posit. contr.* *ad Ins. L. 4. pos. 1.* quō pertinent damni restitutio, multa & penas fisco applicandæ, quæ partim ipso jure, partim accedente demum senten-  
tia condemnatoria debentur. Vel ztiō ex contractu, quem scil. Princes, aut rector civitatis, quā talis, vel cum pari, vel cum aliquo inferiori, qui aut subditus aut extraneus est, init. Dicimus, quā talis. Neque enim omnis principis contractus efficit debitum pu-  
blicum; sed aliquando privatum, si scil. ille tanquam privatus con-  
trahat. Talem verò esse Principem satis probat illustris locus ap. Se-  
nec. in epist. 85. ibi: *Duas personas habet gubernator, alteram commu-*  
*nem cum omnibus, qui tandem conciderant navem, quā ipse quoque*  
*vector est, alteram propriam, qua gubernator est.* Vid. Auth. ab Grot.  
de J. B. & P. lib. 2. c. 4. §. 12. in *not. Menoch. cons. 1157.* & ipse Grot.  
l. c. it. lib. 2. c. 14. §. 2. & cap. 22. §. 24. Ratione objecti debita pu-  
blica sunt vel pecuniaria, vel non pecuniaria, eaque aut realia,  
aut personalia; quorum hac ex obligatione faciendi, quæ etiam  
obligationem patiendi sub se complectitur, illa ex obligatione dandi  
& restituendi nascuntur. Usus hujus distinctionis ex infra dicen-  
dis apparebit: quanquam hac nostra Diss. non omnia debita, quo-  
rum in superioribus mentionem fecimus, pro objecto habeat.

## §. II.

Hisce præmissis facile intelligitur, compensationem debitorum publicorum esse modum aliquem tollendi vel minuendi ob-  
ligationem, naturali pariter ac civili jure approbatum, quo  
scil. debitores publici propterea, quod simul sint credito-  
res Reip. à sua obligatione, quoad quantitatem con-  
currentem, vel in perpetuum, ad tempus, liberantur.  
Sedes hujus materiæ est in L. alt. 2. de compens. L. 46. §. 4. & 5. 2. de  
jur. Fisc. L. 1. L. 3. L. 7. L. 13. Cod. de compens.

## §. III.

Est a modò definita compensatio non unius ejusdemque generis.  
Nam imò alia est justitiæ, quæ mutua debita statim ipso jure tollit;  
alia gratiæ, quæ sit ex gratia & indulgentia Principis vel magistra-  
tus

tus, ita quidem, ut hujus compensationis effectus non à tempore concurrentis mutui debiti; sed impetrata gratia incipient. Vid. infra §. 23. in fin. zed alia voluntaria, alia necessaria, quæ scilicet contra voluntatem debitoris publici ex iussu Principis. Quanquam enim nullus creditor suum debitorem cogere possit, ut beneficio compensationis utatur. L. 20. §. 2. π. de stat. liber. aliud tm. est in Principe, à cuius directione subditorum actiones dependent. Grot. II. 13. 20. Denique ztio alia competit subdito, alia non subdito, aut pari. Cujus distinctionis utilitas sese exserit in eo, quod compensationatio priori in casu, jure dominii eminentis, inhiberi à Principe possit; secùs ac posteriori: Ratio differentia est, quod ii, qui non sunt subditi, nec isti juri ex tacito imperantium & parentium pacto resultandi subjaceant. Grot. II. 14. 8. in fin. Vid. infra §. 11.

## S. IV.

Causa efficiens hujus compensationis est Lex, partim merita naturalis, si illa utatur, qui Reip. subditus non est, & cum illa in pari conditione existit, partim naturalis & civilis simul, nimirum si debitor publicus sit etiam subditus civitatis debitricis. Utroque tamen casu summam adesse æquitatem vel ex sola Socialitatis lege apparat, quæ omnino jubet, ut lites, quantū possibile est, minuantur; id quod optimè fit compensatione; egregie Schilt. ad tit. inst. Q. m. oblig. toll. §. 13. Wissemb. ad π. D. 31. tb. 2. §. 7. Cui accedit, quod nullus simplicior & commodior extinguendi obligationem modus excogitari possit, quam si mutui debitores, dum suum quisque retinet, solutione defungantur. Pufend. de J. N. & G. lib. 5. c. 11. §. 5. §. 6. §. de off. H. & C. L. 1. c. 16. §. 2. Add. Hier. Rocca, sel. Jur. disp. cap. 147. n. 11. Franc. de Amaya, ad L. 2. num. 16. Cod. Neosc. rem, quam vend. evinc. Casp. Klock, tom. 3, cons. 135. n. 7. Joh. Harppr. ad §. 30. n. 4. I. de action. Hinc & nos Germani rectè dicimus: Abschlag ist gute Bezahlung; cuius pars emiæ æquitatem merito laudat laudatissimus quondam Patriz JCTus B. Dn. Pommeresch, ad §. 39. I. de action. Imò apud Francos existit lex, quæ is, qui id, quod compensandum erat, non detrahebat, quasi plus petens damnabatur, teste Dn. Schiltlero, in Proxi Jur. Rom. Ex. 27. ibes. 16. & Dn. Hert. de Parcer. Jur. Germ. L. 1. Par. 38. §. 1. Conf. loca, quæ ex Seneca lib. de benefic adducit & applicat Grot. III. 19. 15. sgg. Quibus omnibus bene consideratis nemo dubitabit, quin etiam in eo quo-

quorum actus Juri Civili non subjacent; sed merè naturali reguntur, compensatio locum habeat, ita quidem, ut ferè omnia, quæ circa hanc Jurisprudentia Romana saluberrimè disposuit, simplicitati LL. naturalium optimè respondeant, secundum ea, quæ differit Vir summus Dn. Samuel Pufendorf. l. c. Vid. inferius §. 7.

## §. V.

Forma compensationis debitorum publicorum consistit in eo, quod hæc per illam (nimirum si sit justitia, vid. superius §. 3.) statim atque Resp. vicissim debere incipiatur, ipso jure Naturali pariter accivilis tollantur vel minuantur; adeò, ut heic non opus sit speciali Principis consensu, quippe qui non requiritur ad id, quod jure communii permisum est. *L. unic. Cod. de Thesaur.* Nec obstat. L. 3. pr. *Cod. de compens.* Vid. tn. Dn. Schilt. l. c. §. 30. in fin. Joh. Wames. cent. 1. cons. 53. n. 4. Evidem ubi generaliter obtinet, ne sine scripto Principis procedat compensatio, uti moris est in provinciis Gallicis, quæ jure non scripto reguntur, teste Mornac. ad l. 21. π. de compens. ibi nec in causa fisci alter juria esse potest. Addat. Wilsemb. l. c. tb. 1. Papon. in *Arr. R. Franc.* lib. 12. tit. 6. art. 1.

## §. VI.

Subiectum nostræ tractationis est duplex, Actuum & Passivum. Illud constituant debitores publici. De his quippe nostræ LL. quod Fiscum, Remp. vel civitatem, sua debita urgentes, per compensationis exceptionem repellere valeant, solitariè disponunt. Quanquam è contra dubitandum non sit, quin fiscus, à suis creditoribus conventus, his sine discrimine dictam exceptionem objicere valeat, prout benè notat Bachov. ad Tr. 1. D. 25. tb. 9. lit. E. Vide tamen Exceptionem infra §. 20. in fin. ubi diximus cum Trentacinq. quod in specie petitioni salarii fiscus compensationem opponere nequeat. Ut vero eō plenius pateat, an & quando debitores publici compensatione uti possit, melioris ordinis & explicationis gratia duo casus separatim nobis considerandi erunt. Aut enim compensatio objicitur I. Reip. propriè & excellenter sic dictæ, aut verò II. Civitati Municipalí. Nam de utraque specie L. 3. *Cod. de Compens.* exaudiendam esse communior & verior est Dd. fententia, Trentacinq. *Var. Resol.* L. 3. tit. de Compens. Resol. 1. n. 12. in fin. Sichard. ad L. 1. n. 1. *Cod. de Compens.* Fontanella, *Dec. Cathal.* 466. n. 4.

n. 4. Barbosa, ad l. 3. n. 9. Cod. d. tit. Donell. lib. 16. cap. 5. ibi : Civitatem quamlibet, &c veri. Sed his causis septimam. Mæstert. de compens. Q. 4. num. 1. Carpzov. i. C. 8. D. 9. Zanger. de except. lib. 3. c. 8. num. 19. B. Dn. Lauterbach. in in tr. synopt. iur. de compens. §. 1. num. 3. Brunn. ad d. l. 3. n. 4. ubi tamen notanter addit. positis terminis habilibus. Frustra enim queritur, an exceptio compensationis locum habeat, si v. g. tributa exigat civitas municipalis, quoniam illa non huic; sed ipsi Principi debentur, & per consequens dicta exceptio, quæ semper mutuos creditores & debitores presupponit, male objicitur, ut pluribus demonstrabitur infra. § 22. Addant, quæ monet idem Brunn. ad L. 7. Cod. d. tit. post Cyn. & Bald. Tientacing. d. l. n. 14. Diff. Azo, ad d. l. 3. Cod. de compens.

S. VII.

Quod jam attinet Primum casum, quando scil. compensatio ipsi Reip. objicitur, iterum distinguendum, an hoc fiat à pari seu ab alia Republ. an verò ab inferiori, qui rursùs vel subditus vel extraneus est. Priori in specie compensatio opponitur vel pacis, vel belli tempore. Dividitur enim omnis vita in negotium & otium. bellum & bacem, verbo Aristotel. lib. 7. Polit. 14. juncto l. 1. c. 3. ubi idem dixerat, vitam civilem tributam esse in usum belli & pacis. Vid. Dn. Hert. in Elem. Prud. Civil. p. 1. Sct. 8. §. 1. ibiq. in not. Si tempore pacis Resp. Reipublicz, Princeps Principi compensationem objicit, non est dubium propter ea, quæ in præced. § 4. dicta sunt, quin illa ex æquitate Legis Naturalis procedat, dummodo id, quod in compensationem deditur, tale sit debitum, ad cuius exsolutionem Resp. teneatur, & per suum rectorem obstringi poterat; de quo Grot. II. 14. Boet. ien., quod civitas egit. Illustre hujus rei exemplum occurrit in Hebreis, qui contra Ægyptios vasæ aureæ & argenteæ resuscitentes beneficio compensationis sese defendebant. Ita enim Tertullianus, lib. 2. adversus Marcionem: Repugnat, inquit, Ægyptijs de Hebreis vasæ aureæ & argenteæ, C. n. r. 1. H. brei mutuas petitiones instituit, all. gentes, sibi mercede restitui oponere illius operariæ servitutis. Neque lacum hic habet exceptio summa necessitatis, in qua forte Reip. debitrix solutionem exigens constituitur; cum illa exteris, qui bona fide contraxerunt, & nullo jure casus alterius Reip. ferre coguntur, frustra & periculosè admodum opponatur, judice Dn. Vitriario, in Inst. J. N. & Gent. lib. 2. c. 14. quest. 17. Imò licet

B

solu-

solutio, cum damno & pernicie Reip. coniuncta, sibi aliquando posset, arg. L. 98. pr. n. de V. O. & proper vulgatum illud, salus publica suprema lex esto; præterim si isti conventioni clausulam, rebus sic stantibus, adjectam esse appareat: Dn. Schilter. in Inst. J. Publ. ibi. 3. c. p. 3. §. 3. & 4. Dn. Werlof. de Patis liberarum gen. §. 32. Exemplum vid. apud Cambden. ad ann. 1595. §. 97. propterea tamen ejus, quod Resp. creditrix vicissim debet, compensatio, vi cuius aliquid revera non solvit; sed tantum non recte exigitur, adeoque necessitas & periculum haud augetur, detrectari nequit. Multo minus ratio status efficere potest, ne compensatio locum habeat, quoniam illa tantum id, quod utile est, respiciens, ita debet esse comparata, ne alterius jus justè quæsitum lèdatur atque intervertatur. Beumann. in medit. polit. c. 3. §. 8. Planè in statu belli, cum eo, quod vel illius jure, ex. gr. lytrum incendiarium ac deprædatorium, vulgo Brandschäzung/ Brand und / und Plünderung. Gelder / vel ex speciali promissione, hosti debetur, non potest comparari aut id, unde ortum est bellum, aut quod belllico juro fieri solet tametsi hostis ad hujus damni restitutionem esset obligatus. Grot. III. 19. Alia tamen est ratio ejus, quod hostis ex contractu, vel ante bellum vel hoc durante inito, debet, si sidamnum dedit intra induciarum tempora, si legatos violavit, aut aliud quid fecit, quod inter hostes jus gentium damnat, prout loquitur Grot. I. 1. Idem in superioribus recte d. xerat, nec manente bello, ceu de quo dubitari saltem poterat. Nam si pax fuerit secuta, danni in bello dati restitutio non facile petitur, cum hæc in dubio, maximè quoad damna publica per ipsam pacificationem remissa censeatur. Grot. I. c. cap. 20 §. 15. juncto §. 19. Quo etiam pertinet illud Taciti Lib. 12. Annal. c. 19. Billorum egregij fines, quoties transfigendo cognoscitur.

## §. VIII.

Posteriori in specie, si nimirum compensatione utatur contra Rempubl. is, qui simùl subditus est, locum invenit dispositio Legis fin. de compens. L. 46. §. 5. ff. de jur. fisc. quæ quidem declaranda ex j. preced. 4. item ex L. 1. Cod. de compens. & supplenda ex L. 3. L. 7. Cod. tod. per modum Regulæ & Exceptionem ibidem insinuantur. Regula hæc est: Ut debitibus fisci, quod fiscus debet, compensetur, sive constitutum est, d. L. 46. §. 5. Johan. Phili-

Philippi, in *Uso præd. Inst.* l. 4. ecl. 55. n. 2. Josephus de Rosa, *Con-sult. Jur.* 56. n. 23. Molina, de I. & I. *Diss.* 560. n. 25. Tholosan, in S. I. U. lib. 21. cap. 22. Loszus, de *Jur. Univers.* part. 3. cap. 6. num. 24. Simon van Leeuwen, *cens. for. lib.* 4. cap. 3. num. 10. Müller, ad *Struv. Ex.* 21. *thes.* 23. lit. o. *Wissemb. Diss.* ad π. 3. *theb.* 3. Peregrin. de *Jur. fisc. lib.* 6. tit. 7. num. 15. Donell. *lib.* 16. cap. 15. Zang. d. l. n. 17. Idque propterea, quod fiscus regulariter gaudeat jure privatorum. Dn. Stryk. ad *compend. Lauterb.* tit. *de compensat.* pag. 220. Dominic Gait, de *Credito*, cap. 4. quest. 11. n. 1880. Franc. de Amaya, ad L. I. n. 25. *Cod. de jur. fisc.* Fontanella, Dec. 455. n. 12. Dn. Schilt. in *Praxi J. R. Ex.* 28. §. 25. Sciendum autem est, quod vocabulum *Fisci h.l.* accipiatur in sensu generaliori, quatenus scil. non solum de fisco pressè sic dicto; sed etiam de *xratio* prædicatur. Quanquam enim alias hæc duo de Jure hodierno pariter ac Romano, vid. Dn. Schilt. l. c. *tb.* 28. 29. & in *insti. Jur. P.T.I.L.2.t.* 1. §. 10. seqq. omnino differant, ita quidem, ut *Fiscus* non sit nisi in statu Reip. monarchico, & per consequens ea denotet bona, quæ Principi vel ex redditibus domania libus, vel ex bonis subditorum, maximè prop' horum delictum, vel dominii privati carentiam, ad dignitatem sustinendam, jure proprietatis acqui'runtur; *xratio* contra quævis Resp. etiam Democratica & Aristocratica habeat, tanquam patrimonium publicum, ad illius onera ferenda destinatum, nec pleno jure Principi vel Regentium voluntati ac directioni subjacens: Pufendorff. de I. N. & G. lib. 8. c. 5. §. 8. Addatur in primis Fab. Capyc. Galeota, in *Resp. fiscal.* l. b. 1. R. I. n. 10. seqq. & K. 28. n. 124. in præsenti tamen materia hæc differentia non attenditur, sed id, quod fiscus debet, idem est, quod Princeps, qua talis, vel Resp. in genere suis subditis debet. Molina, d. n. 25. Vid. supr. §. 1. & §. 6. Et quanquam L. 46. §. 5. de *Jur. Fisc.* tantum quatuor casus, in quibus nulla compensatio contra *Fiscum* admittitur, difert' recenscat; tamen reliquæ quoque causæ, quibus illa contra civitatem dengatur, etiam in fisco potentissime obtinent, Donell. d. cap. 15. vers. queritur de *fisco*. Est autem id, quod Resp. suis civibus debet, duplicitis generis; Aliud enim venit ex obligatione imperfæcta, quod e. gr. pertinent præmia, quibus cives ob benemerita, cum nulla negotiorum gestione conjuncta, honorati sunt meriti. Cū enim

enim omnis præmii collatio, quæ non sit ex promisso, sit actus gratiæ & liberalitatis, ad quam primitus exercendam nemo compelli potest, sequitur, quod illud jure saltim imperfecto debeatur; *Becm. in Lin. Doctr. Moral. c. 12. Pufend. l. c. lib. 1. cap. 19. §. 3.* adeoque in compensationem deduci nequeat, sicut prout etiam superfacto consultam inclytam Facultatem Tubingensem, ad requisitionem Civitatis Memmingensis, respondere refert Excellent. Dn. Praes., *Cens. 62. n. 42. & seqq.* Imò, licet civis alicujus in Remp. merita tanti ponderis essent, ut jus exinde perfectum nasceretur; *Vid. Dn. Stryk. diss. de Bonemeritis, cap. 3.* tamen, cum obligatio erga Remp. quæ itidem profectò magna est, istud debitum facile, si non enervare, saltem illiquidum reddere possit, & heic quoque applicari poterit vulgaris illa regula, quod illiquidum cum liquido nulla sit compensatio. *L. fin. §. 1. Cod. de compens. Dn. Schilt. ad Inst. c. l. Joh. Wames. cten. 1. coii. 24. n. 7.* Aliud verò est obligatione perfecta, quæ oritur vel ex privilegio; *vid. Grot. II. 14. 13.* velex pacto & contractu, partim tacito, partim expresso, partim nominato, partim innominato; quod etiam referri poterunt salario: Hæc enim ut plurimum ex ista conventionis figura, quam articulum facio ut des appellamus, deberunt videntur. *Conf. B. Dn. Bardili. de Salar. c. 3. lib. 7. & seqq.* Et de tali debito conventionali ea, quam adduximus, regula intelligenda venit. Verissimum enim est, quod Princeps, omnisque Reip. rector, ex contractu cum subditis initio firmiter obligetur, quamvis exactio, si ille obligationi suæ satisfacere nolit, propter deficiens remedium coactum, non semper sequatur. *Grot. II. 14. 6. Klock. de Contrib. cap. 17. n. 54. 58. Ziegl. de J. M. lib. 1. c. 1. §. 17. & seqq. Conf. Pufend. cit. loc. lib. 7. cap. 2. pr. tot.*

### § IX.

Sed ut propriè ad ipsam Regulam accedamus, hæc non ita simpliciter; sed sub certis modò requisitis, præter ea, quæ in omni compensatione adesse debent, necessariis procedit. Ac Primò quidem in *L. 1. Cod. de compens.* requiritur ut eadem Reip. statio (Gallis le même Bureau des Receveurs, Paul. Christinæus, *Decc. Belgicar. vol. 3. Dec. 39. num. 2.* Videat, omnino Morlac, ad *L. 1. Cod. de compensat. Belgis*, einerley Comptoir Simon van Leeuwen, i. c. numer. 11. in fin. sive idem debitorum publicorum susceptor, cui opponitur compensatio, vicissim debeat. Nec immerito hoc

hoc ita constitutum est, partim ne publicorum officiorum diversus  
ordo diverisque ratio, de qua omnino videatur Amaja, ad L. 1. Cod.  
Ne Fiscus rem, quam vendidit, evincat, Vinn. partit. Jur. lib. 2. cap.  
61. lit. X. perturbaretur atque confunderetur; d. L. 1. Cod. de compens.  
in fin. de Rosa, c. loc. num. 27. Fontanella, Dec. Cathal. 466. n. 15.  
Moneta, de decim. cap. 9. Q. 4. num. 173. Perez, ad tit. Cod. de compen.  
pens. n. 19. Leewen, cit. l. num. 10. id vero Reip. valde noxiū esse ē  
traditis, Politicorum de confusione in Rep. vitanda fatis appareat;  
partim ne pecunia fiscalis frustra erogaretur & jaetaretur, uti  
quidem si non haberemus dictam L. 1. facilē contingere posset, si il.  
la, quz debet, statio, compensationis cum alia statione jam facta igna.  
nata, iterum solveret Hillig. in Donello encl. lib. 16. cap. 15. lit. L. Pere.  
grin. cit. loc. n. 15. Biunnemann. cent. 3. Dec. 88. num. 1. partim  
ne una statio in alterius actiones & negotia inquirere necessum  
haberet, contra L. 4. Cod. de Numer. & Actuar. L. 2. Cod. de exec.  
tutor. & exactor. Fr. de Amaya, l. cit. num. 10. & 19. Joseph. de Rosa  
cit. num. 27. & seqq. Addat. L. 23. Cod. de testam. & L. 30.  
Cod. Theodos. de suscitor. Denique & illud admitti forte poterit,  
quod dispositio s̄pē dicta L. 1. non adeō singularis sit; sed potius, in  
illo communī juris principio, secundum quod inter eos, qui mu.  
tui debitores non sunt, compensatio non procedit, L. 16. L. 18. n. & l.  
9. Cod. de comp. fundamentum suum habeat. Neq; n. facilē quis nega.  
bit, cum, qui unistationi particulariter credidit, alterius stationis,  
quz quid petit, creditorem non esse. Quibus consequens est, quod,  
licet unus Officialis duabus stationibus fiscalibus pr̄sist, v.g. Quæstura  
& simul Præfecturæ, (wann jeman zugleich an einem Ort/ Vogt  
und Pfleger/Ampman und Rentmeister wâre) tamen debitor Præ.  
fecturæ id, quod sibi vicissim Quæstura debet, compensare haud  
possit, præfertim cum geminum illud munus, quod gerit ejusmodi  
Officialis, jus ipsis stationibus, quibus ille pr̄sist, specialiter compe.  
tens mutare nequeat. Alter quidem sentit Johan. Franc. de Ponte,  
lib. 2. cons. 18. n. 29. sed non magis recte, quam illi, qui legi nostræ pri.  
mæ opponunt L. 36. n. de administr. tutor. ad quam quid responden.  
dum sit? eruditè excusuit Franc. de Amaya, l.c. n. 20. Vinn. l.c. li. Z.  
Sichard. ad d. L. 1. n. 3. Cod. de compens. Donell. d. cap. 15. vers. sed  
sciendum est. Mæstert. d. Quæst. 4. n. 9. Bald ad d. I. 1. n. 1. Add. L. 46.  
§. 1. in fin. n. de administrat. tutor. Illud tamen largiter largimur,

sepe dictam legem primam non tam rigorosè esse accipendam, quin aliquando cessare queat; id quod *Æquitas* potissimum postulare videtur, si vel (i.) nullum adsit periculum fore, ut ex compensatione administrationes diversarum functionum fiscalium confundantur; prout hoc elegantibus exemplis illustrat *Joh. de Rosa*, *d. Consult.* 56. n. 26. *Eseqq. De Ponte*, *l.c.n. 7.* quorum sententiam in curia Romana observari author est *Ganaverro*, *De*, 28. n. 23. *Eseqq. Vel*, 2dō, stationes inter se connexæ & correspondivæ essent, secundum ea, quæ in simili ex Dd. statuminat *Rocca*, *select. jur. D sp. cap. 117. num. 5. Vel*, 3tō, debitum oppositum in capitalibus seu supremis rationibus, in der *Cammer* oder *Steuer* Rechnung, sine confusione in solutum referri queat. *Dn. Schilt. l. c. §. 33. in fin.* Adeatur *Amaya*, *cit. loc. num. 27.* *Simon van Leeuwen*, *cit. loc. num. 12.* *Vel*, 4tō, Princeps tempore contractus specialiter indulserit unius tantum stationis creditor, quod compensatio, nostram primam etiam adversus aliam Stationem admitti debeat, aut si idem ex postfacto aliam, quam quæ contraxit, stationem, in locum primi debitoris, mediante delegatione, vel assignatione, surrogaverit. Imo nec dubitandum, quin &, 5tō, Consuetudo tum in casu, quo unus *Officialis* duabus diversis stationibus praest, tum etiam in illo, quando qualibet suum peculiarem administratorem habet, sepe dicta L. i. C. d. ita, derogare possit, per regulam L. 32. n. de LL. & in puncto notata, de casu priori, à *Matthæo de Afflict.* *d. D. 194. n. ult.* & de posteriori à *Matt. Laudensi*, *tratt. de Privil. Fisci*, *privileg. 2.* *Cæsare Ursillo*, *ad d. De* n. *num. 1.* *Simone van Leeuwen*, *loc. cit. num. 11.* *E seqq.* Addatur *Christin*, *cit. loc. Præterea si Fiscus successerit debitori unius stationis*, pro quo *Titius* creditor alterius stationis fidejussit, tunc non quidem compensatio; benè tamen confusio, per fisci successionem inducta, ad hunc effectum, ut ille fidejussor, tanquam debitor alterius stationis liberetur, locum sibi vindicabit, adveniente *Amaya*, *ad l. l. 2. n. 23.* *Cod. Ne Fiscus rem, quam vend. evinc.* ubi ita egregie, post *Azonem*, *ad L. 1. num. 1.* *Cod. de compensi.* explicat L. 2. *Cod. de sol.* licet hanc vulgo Nostræ aliter considerent, notante *Amaya*, *ibid. n. 27.* *Brunn.* *ad d. l. 2.* Addat, *Peregrin.* *d. 11<sup>o</sup>. 6. t. 7. n. 15.* *Struv.* *in Evolut. LL. controv. Ex. 21. b. 23.* Alia limitatio istius Regulæ de compensatione à diversis stationibus non

non admittenda, si quæstio sit de Poena evitanda, occurret in-  
ferius §. 29. in fin. Quibus omnibus Dd. & illud addunt, quod dicta  
Regula tantum ad mutuas Sortes pertineat; usurp vero etiam cum  
alia fiscalis statione pensari queant, ut in puncto dicit Baldus, Salice-  
tus, Castrensis, de Ponte, Tyndarus, Theodorus, Ganaverro, Caesar  
de Grassis, in locis, quos refert Donat. Anton. de Marinis, in Decr.  
Camer Neapol. D. 443; & in Observ. 23. D. 494. n. 2. ubi elegans hanc  
in rem præjudicium addit.

## §. X.

Ex præmissis facile colligitur, quod, si tota Provincia,  
authore & consentiente Principe, debitum contraxerit, licet parti-  
cularis statio quid exigat, tamē facilius Legis 1. Cod. de compens. lo-  
cum non habet, quoniam hæc aperte loquitur de casu, quando una  
tantum statio debet, & alia ab hac diversa creditrix est. Verum, ubi  
universa Resp. contraxit, omnes stationes debent, & per consequens  
id quod certa statio petit, protata obligationis, cum totius provin-  
ciz debito compensari poterit. Quod & tunc verum est, si ipse  
Princeps quid imperio subdit, hujus vel illius stationis creditor. Cū  
enim ille universam Remp. repræsentet, sicut ratio L. 1. Cod.  
de compens. pariter esset, non facile denegabat, quin exceptio com-  
pensationis cum effectu opponatur. Atque hactenus omnino mi-  
litare videtur egregia doctrina Franciscide Amaya, ad L. 2. Cod. Ne  
fiscus rem, quam rendid. evin. (10. 5.) n. 14. ubi scribit: Quod in  
Fisco non valeat diversa qualitas, aut discreciojurium, aut dissimilis  
aliqua repræsentatio considerari, cum unus idemque sit in hac & illa  
statione fiscalis, & in utraque idem sit Princeps, unusque spiritus o-  
mnia ista officia regat, &c.

## §. XI.

Secundò ad id, ut publicus debitor beneficio compensatio-  
nis gaudeat, requiritur, ne Princeps illam impedit; quod  
ipsum non sicut in penam; sed etiam in casu publica necessitatis.  
(Quam ne quidem probandum esse dicunt, Ziegler de Jur. Maj. lib. 1.  
c. 4. §. 18. Addat, Becc. medit. polis. cap. 19. §. 2. seqq. Car. Schar-  
schmid. ad Schilzii Jus Publ. vol. 2. D. 11. tb. 4. lit. A.) jure emi-  
nentis dominii facere posse arbitramur. Quemadmodum enim ge-  
neraliter verum est, quod, ex illo jure, Princeps suis subditis etiam  
jus ex contractu quæsumus auferre, multoque magis ad id, ut solutio  
suo

suo tempore non sequatur, differre possit; Grot, de I. B. § P. II. 14.7. Exempla vid, ap. Livium, lib. 3. c. 1. Grot. lib. 16. Histor. p. 531. ita non dubitandum, quin etiam compensatio, si hanc Reip. necessitas non permittat, licet inhibeatur, ita tamen, ut aetio salva maneat creditoris solventi. arg. L. 7. §. 1. de compens. Evidem judex, si ea, quæ lex ad compensationem fundandam requirit, copulativè concurrant, exceptionem compensationis rejicere nequit; Dres, ad d. L. 7. ita quidem, ut, si illam omnimodo reprobet, appellationi propterè locus sit; si verò eandem duntaxat negligat, vel non admittat, tamen executioni modicata exceptio adhuc recte opponatur; Mev. part. 3. D. 308. in fin. Joh. W. ames. c. l. num., Joh. Baptista Costa, de Ratione Rate, quest. 61. n. 9. eo quod utique illam opponens judicatum non impugnet; sed potius impleat. Cyriac. contr. for. 406. n. 37. cum compensatio sit solutio; L. 4. Cod. de compens. L. 4. n. qui potior. in pign. habeant. Saminiat. controver. 32. n. 104. Quæ tamen omnia priori nostræ assertioni nullatenus obstant. Nam à judice ad ipsum legislatorem male inferri nemo ignorat.

Denique, Tertiò, requiritur, ut debitum fiscale, quod in compensationem deducitur, vel jam liquidum sit, & aperto, urloquitur Imper. in S. 30. l. de aet. jure nitatur, Engel, in Coll. Jur. Canon. tit. de solut. n. 15. vers. II. requiritur. Christin. loc. c. n. 1. Peregrin. d. l. n. 15. Vel, quod hinc singulare est, notante Müllero, ad Siruv. Ex. 21. tb. 20. lit. E. intra bimestre spatium probetur. L. 46. §. 4. n. de jure fisc. Salicet, ad L. 1. num. ult. Cod. de Compens. Moneta, de decimis, cap. 9. Quest. 4. num. 173. Petr. Costalius, ad L. 10. n. de compens. Brunn. ad d. L. 46. n. 4. Medices, de compens. tund. I. Q. 38. n. 1. Dn. Schilt. d. exercit. 28. §. 26. § 27. Masterti. d. Q. 4. n. 10. Videatur omnino Tiraquellus, d. retr. lignag. §. 3. gloss. 3. n. 11. § seqq.

### §. XII.

Admonendi autem hinc sumus, quod dispositio d. §. 3. maximè ad casum, quando fiscus judicialiter quid petet, pertineat videatur. Ecquis enim dubitaret, quin in casu, si Princeps ad onera Reip. ferenda extra judicialiter pensitatione exigat, talis debitor, beneficio compensationis usurus, breviori, quam duorum mensium spatio, necessaria probatione defungi tenetur? præsterim cum terminus iste probatorius, in d. §. 4. præstitutus, etiam priori in casu satis longus vide-

videatur, eò quòd causæ fiscales in judicium deductæ intra sex menses finienda sint. L. 13. §. 1. C. de judic. L. fin. Cod. de jur. Fisc. Præterea observandum quoque est, quòd probatio debiti publici non uno eodemque modo instituenda sit. Reservenim an (1.) ipse Princeps, vel (2.) ejusdè Officialis, vel denique (3.) saltem civitas municipalis contraxerit. Primo in casu sufficit probasse contractū cum Principe non ut privato, sed qua tali, non contra leges Reip. fundamentales ex probabili ratione esse initum. Vid. Grot. II. 14. 12. Hüber. de Jur. Civit. L. 2. f. 3. cap. 6. At vero secundo in casu etiam versio in rem sive utilitatem Reipublicæ facta probetur necesse est, uti & tunc juris est, si soli administratores civitatum municipalium harum nomine contraxerint. l. 27. n. de R.C. Nam si è diverso cum ipsa civitate contractus initius sit, probatione versionis in rem haut opus esse eluiscit ex traditis B. Dn. Lauterb. in Coment. add. L. 27. p. 18. & seqq.

## §. XII.

Hactenùs de Regula, quæ in L. 40. §. 5. n. de jur. Fisc. & ceteris txxxi cit. continetur. Sequentur nunc plures Exceptiones, omnes per Romanorum LL. a Jure Naturali, ex justissimis rationibus, aliquatenus recedentes, salutariter inductæ, Tesmar. in not. ad. Grot. lib. 3. c. 19. §. 16. ad verba; idem erit. Schilter, ad tit. Inst. quib. mod. coll. O. n. 13. & commune bonum singulariter concerentes, advertente Schilt in Praxi For. Ex. 28. §. 16. in fin. quarum singulas, pleno numero in d. L. 46. §. 5. n. de jur. fisc. L. 3. L. 7. Cod. de compens. propositas, sigillatim sub incudem vocasse juvabit.

Prima hæc est, si quid Reip. debeatur ex Calendario; d. l. 3. ibi: si neque ex Calendario. Cod. de compens. sive Codice rationum, in quo publicæ pecuniaæ, aliis mutuo datæ, consignantur, ausi ge meiner Stadt- Rechnung / rectius ihrem Gült. Staat über auss geliebene Binsbare Capitalien. Videatur L. 64. de legat. 3. L. ult. de pecul. L. 88. pr. de legat. 2. L. 23. princ. ff. de pecul. legat. L. pen. de R. C. L. 41. §. 6. delegat. 3. h.e. ex causa mutui cum civitate contracti; arg. L. 39. §. 14. n. de admin. tutor. Vid. Müller. ad Struv. Ex. ad n. 21. tb. 23. lit. Z. ubi de Calendario in genere latèagit. Vinn. partis jur. lib. 2. c. 7. lit. E. Bocer. cl. 4. D. 19. th. 73. Dn. Lauterb. in coll. n. theor. pract. tit. de compens. th. 8. Wissemb. ad n. D. 31. th. 3. optimè Doneil. d. lib. 16. cap. 16. Debet autem hæc exceptio non tam de

eo casu, quando ipsemet Princeps, vel etiam fisci aut zrarii p̄fē-  
ctus pecuniā credit, ( id quod ne inconfuso Principe fiat, sub  
gravissima pena prohibitum est in L. 1. & 2. Cod. de bīs, qui ex publ.  
ratioe, mutuam pecun. acceper. Videatur Brunnem. ad d. L. 1.) sed  
potius de tali mutuo accipi, quod privati cum Calendarii curatori-  
bus ( uti quidem de jure Romano vocabantur, h. e. pecunia publica  
scenatoribus, quales quāvis ferē civitas municipalis habebat. Vid.  
L. 2. Cod. Thodos. de Curat. Calendar. ) contraxere. Cūm enim fo-  
neratitia civitatum pecunia publicarum penititationum causa esse  
soleat, ut h̄z eō commodius p̄fētari ac ferri possint, merito constitu-  
tum, ne curatores, tales pecuniam ad totius Reip. utilitatem repe-  
tentes, compensare teneantur, etiam tunc, quando non diversa civi-  
tatis statio, sed ipsi Curatores Calendarii suis debitoribus viciissim  
quid debent. Quanquam autem, quā posteriū, dissentire videa-  
tur Dn. Schilt. ad n. Ex. 28. §. 39. generaliter tamen observari debet,  
quōd casus in L. 3. & 7. Cod. de compens. excepti illos terminos re-  
spiciant, ubi eadem statio simūl debitrix est & creditrix. Donell.  
l. c. Addat. Mæstert. de compens. quest. 4. n. 9. Dn. Lauterbach. in  
tr. synopt. tit. de compens. §. 2. n. 3. Peregrin. d. tit. 7. n. 15. Vinn. l. c.  
lit. 7. Illud quōque hic obiter notari poterit, quōd à Curatoribus Ca-  
lendarii plane differant argenterii, qui licet etiam publica authori-  
tate ad id constituti erant, ut aliis scenori darent pecuniam, argenti  
distraactores exindē vocati in L. si. Cod. de sign. L. 2. §. ult. Cod. de  
constit. pec. illa tamen pecunia non erat publica, sed privata, ipsorum  
videlicet argenteriorum, vel quorumvis aliorum. Conf. B.  
Dn. Lauterbach, de obligat. socior. ex convent. cum extraneis inita. §.  
32. n. 6. & in Disp. de privil. credit. pers. simpl. tb. 10. Unde nec ho-  
diē, qui argenterii filiales sunt, ex. gr. campfores publici, vulgo  
Banquiers, compensationem subterfugere poterunt, nisi forte ipsius  
Reip. pecuniam administrent Addat. Coll. Arg. ad tit. n. de edend. ih.  
25. Hahn. ad Wes. d. zum. 10. ibi: In cambis publicis, &c.  
§. XIII.

Secundō à regula, quā publicis debitoribus compensandi  
jus permittit, debitores vēctigalium excipiuntur. d. L. 3. in verbis:  
Neq. ex vēctigalibus. Id quod non solum in Reip. utpote quā ex dene-  
gata vēctigalium solutione aliquid detrimenti capere facile potest,  
secundum ea, quā differit Ill. Dn. à Gölniz, de regal. vēctigal. jure  
§. 69. Arnold. Vinn. l. c. lit. X. Hugo Donell. d. cap. 15. vers.  
quod

quod attinet. Schilt. d. ex. 27. §. 32. Schütz. in Coll. Jur. Publ. vol. 2.  
Disp. 11. tb. 1. sed ipsum quoque debitorum utilitatem dispositum  
videtur, cùm horum omnino inter sit, ne in itinere & loco vestigalibus  
solventis destinato diu detineantur, quod facile fieret, si  
compensatione uti vellent. Hanc enim ut obtinerent, debiti pro-  
batio esset suscipienda, frequenter plus temporis postulatura, quām  
vel illorum conditio, vel propositi & lucri captanti ratio, aliavē cir-  
cumstantia fortassis permitterent. Neque tamen hæc exceptio de  
solo portorio pro rebus, quæ importantur vel exportantur, dependi  
solito, de quo in L. 5. Cod. de vestigial. verū etiam de rerum vena-  
tium, salinarum, metallorum, aliisque similibus vestigalibus, Zoll/  
Acisen/ Geleit/ Brücke/ Gelt re, intelligi debet arg. L. 17. L. 203.  
n. de V. S. L. 59. §. 1. de hered. insit. L. 2. Cod. Que res vend. Mæstert.  
d. l. num. 5. Dn. Schilter. d. l. §. 32. in fin. Zanger. d. l. num. 23.  
Planè, si non ipsum vestigal; sed pena defraudati vestigalis  
exigatur, fortè non dubitandum, quin compensatio, tanquam in  
debito ex delicto pecuniario, rectè objiciatur, arg. L. 17. de com-  
pensat. & L. 10. §. 2. eod. tit. quæ & contra vestigalium conducto-  
res, antichrestas, & admodiatores, locum habebit, scilicet ejus,  
quod hi ipsi, non verò fisculus aut statio vestigalis transiuntibus de-  
bet; maxime cùm vestigal in tali casu non Reip. sed e. gr. condu-  
ctori solvendum veniat; sive ratio legis prohibitivæ potissima  
cesset. Nec obstant infra trad. §. 29.

Alia est quæstio, an merces, à publicanis pro vestigalium con-  
ductione pendenda, in compensationem veniat, si fiscus vicissim iis  
devinctus sit? Quod negandum existimat Anton. Matthæi, de  
auctior. lib. 2. c. 6. n. 9. & 10. Joh. Voët. ad i. n. 1. de compens. thes.  
16. per L. 3. C. de compens. in qua licet de hoc specificè nihil dispositum  
exstet; tamen vix est, ut locum compensatio sortiatur, cùm pub-  
licani ex coactis vestigalibus pensionem fisco inferant; Matth. d. l.  
in fin. imò haud infreuent, hæc ipsa de causâ, ut ille tanto citius pa-  
ratam pecuniam ad manus habeat, vestigalia locentur, & fiscus ipse  
per conductorem illa exigere intelligatur. argum. L. 38. & L. 39. de  
Uſuf. & eorum, que tradit Cardin. de Lugo, de Jusit. & Jur. P. 2.  
D. 36. S. 5. n. 73. ibi: Sed uſufrauus. Si tamen ipsem fiscus con-  
ductorem vestigalibus frui impediret, vel impedientem, cùm posset,  
non prohiberet, aliud dicendum foret. Vid. Matthæi, c. l.

## §. XIV.

Tertia exceptio est in debitore annonæ. L. 46. §. 5. n. de  
 jur. Fisc. L. 3. ibi : Neque ex frumenti vel olei publici pecunia. Cod. de  
 compensi. h. e. illo, qui vietualia, frumentum, vinum, oleum, panem,  
 aliasve quascunque res ad victim & amictum spectantes, ( Hæ  
 enim omnes annonæ nomine notoriè veniunt. L. 1. §. ult. f. ad L.  
 Jul. de annon. Mæstert. d. l. n. 4. Hahn. d. num. 10. Add. Guther. de  
 Officiis Domus augustæ, lib. 3. cap. 17.) in usum Reipublica con-  
 tribuere tenetur, vulgo zu beneu Korn und Proviant. Håussern.  
 Müller. ad Struv. Ex. 21. tb. 23. lit. D. Struv. in Diff. de annona, tb. 3.  
 Barbosa, ad L. 3. n. 8. Cod. de compensi. Balmaseda, de collect. Q. 110.  
 n. 11. ibi : In horreis publici tritici Donell. d. l. Schilt. d. l. S. 31. No-  
 tandum autem est, quod hæc exceptio, quoad veram & perpetuam  
 compensationem, tantummodo obtineat in casu, quod fiscus debitor  
 annonæ res ejusdem debet generis. Nam alias illa procedere ne-  
 quit propter regulam generalem Legis 4. Cod. de compensi, quæ non  
 admittit, ut res diversi generis veniant in compensationem, veram  
 videlicet ac propriè dictam ; quamquam nec temporali annonæ  
 debitor uti possit, cum illa sit species tributi, annonaria colla-  
 tio exinde vocata, L. 1. Cod. de pres. ript. 30. annor. L. 2. Cod. Si pro-  
 pter publ. pensat, nec non functio annonaria, L. 7. Cod. de feris.  
 Struv. d. l. it. canon frumentarius; t. t. Cod. de can. frumentar. urb.  
 Rom. Atqui in tributis nullam planè compensationem locum ha-  
 bere mox audiemus. Unde nihil referre putamus, siue aliquis  
 frumentum, siue pecuniam ad illud comparandum, Reip. debeat;  
 Zanger. d. l. n. 24. Trentacing. Vor. Resolut. lib. 3. tit. de compensi.  
 R. 1. num. 12. siue in rei militaris, siue in aliis publicos usus, Joh.  
 Francisc. Ripa, tr. de Peste, rubr. de Remedis ad conserv. ubertat. num.  
 33. Stephan. Gratian. Discept. Forens. cap. 728. num. 32. Cæsar de  
 Grassis, except. 16. n. 50. in fin. Surd. de aliment. tit. 8. privil. 53. n.  
 8. Zanger. d. l. n. 26. Tuldens. ad tit. C. de comp. n. 5. siue sub ratio-  
 ne anni reditùs, de quo Mevius, P. 2. D. 3. 32. num. 1. siue collationis  
 omnibus publicè impositæ. Struv. d. l. Multò minus d. L. 46. §. 5. n.  
 de jur. Fisc. §. L. 3. Cod. de compensi. quæ in causa annonaria compen-  
 sationem opponi vetant, ad solos annonæ Curatores vel Præfectos,  
 qui publicam pecuniam ad frumentum coemendum acceperunt,  
 sed revera nihil coemerunt, restingere possumus, cum Voët.  
 ad

ad π. tit. de compens. §. 16. Petro de Greve, ad difficultiora π. loca Ex. 13.  
 ib. 11. Donello, d. l. quanquam in specie dictas personas à facultate  
 compensandi exclusas esse largissimè largiamur, per L. 20. π. de  
 compens. quemadmodum è contra non negamus, quòd illi, qui an-  
 nonam in populum vel milites erogare debent, vulgo dicitur Pro-  
 pliant Messeri propter artiorem, sive parcūs, & vel minus ju-  
 stitia farinā, vel pondere imminutō, distributam annonam, ad residuum  
 condemnati exceptione compensationis se tueri possint, per tex-  
 tum specificum in L. 17. π. de compens. Neque enim opus est, ut hic cum  
 nonnullis gravem quantam antinomia fingamus. Vid. tamen C. J. A.  
 tit. de compens. th. 4. in fin. Excell. Dn. Praes. Cons. 46. n. 540. Do-  
 nelli lib. 16. cap. 15. lit. P. Pacius, q. Antin. 71. Schilt. l. c. §. 35. Petrus  
 de Greve, l. c. th. 1. Wissemb. ad. D. 31. th. 6. egregiè præ ceteris Joh.  
 Robert. Sentent. Jur. lib. 3. c. 26. Busius, ad L. 17. π. de compens. Ceter-  
 rum eo in casu, quando quis ad annonam comparandam fisco pecu-  
 niā credidit, etiam si tale mutuum debitum, & creditum æquè pri-  
 vilegiatum videri posset, tamen, cùm illud diversi sit generis, vera  
 utique compensatio, qua re e judeum generis requirit, locum inven-  
 ire nequit, secus ac forte æquitas postularet tunc, si debitor annona,  
 ad hanc juvandum, talem rem, qua debetur, mutuo dederit arg.  
 eorum, qua de simili casu in §. seq. dicturi sumus.

## §. XV.

Quarto contra Remp. compensatio, ratione ejus; quod à  
 subditis, tributorum nomine, wegen Steuer, Schöß und Schau-  
 bung debetur, ( quicquid alii ex Novell. 128. cap. 1. eruere nitantur.  
 Vid. Fontanella, Dec. Cathal. 466. num. 4. & Dec. 465. n. 15. ) non  
 admittitur. L. 46. §. 5. ibi : Excepta causa tributoria. π. dejure Fisc.  
 L. 3. verbis : Neque tributorum. Cod. de compens. Florez Diez de  
 Mena, var. Qq. lib. 2. Q. 21. num. 164. Philippi, d. ecl. 5. 5. n. 6. propte-  
 rea, quòd summa plerumque Reip. necessitas celarem & veram  
 collectarum solutionem efflagitet, nec eidem ex tali facta solutione,  
 qualis est compensatio, occurri possit. Arnold. Vinn. loc. cit.  
 Georg. Mundius, de muner. & honor. cap. n. num. 128. Fontanel-  
 la, Dec. Cathal. 466. n. 2. Simon van Leeuwen, cent. forens. lib. 4.  
 c. 36. n. 10. Christin, in Dec. Belgit. vol. 3. t. 3. D. 39. n. 2. Nam in  
 collectis Reip. nervum consistere fatetur ipse Justinianus in Nov. 149.  
 cap. 2.

cap. 2. Add. Novell. 52. Nov. 161. cap. 2. Ziegler. de *Jur. Majest.* lib. 2. c. 3. n. 58. Neque verò Gentium quies sine armis, neque arma sine stipendiis, nequa hæc sine tributis esse possunt, authore Tacito, *Annal.* 4. Ex quo facilè intelligitur, quod vox tributorum h. l. generaliter accipiatur, nullo habito discrimine, sive illa rebus, sive personæ, sive capiti imponantur. Carpov. p. i. C. 8. D. 9. num. 6. ubi addit præjudicium. Egid. Thomatus, in tr. de *Collect.* §. *Expulsimus*, num. 19. Hahn ad *W.* tit. de *compens.* num. 10. ubi elegans Præjudicium. Didac. Balmaseda, de *collect.* Q. 110. n. 14. § per integr. Joh. Solozanus, de *Indiar.* *Gubernat.* tom. 2. lib. 1. cap. 20. n. 20. Brunnum, ad L. 46. n. 7. de *Jur. fisc.* Zanger. d. l. n. 27. Manz. ad §. 30. n. 30. *Inst. de att.* Et sane falsum est, quod saltem prioris generis penitentes, in Jure nostrò, tributorum nomine veniant, prout Lex. ult. n. de *cens.* evidenter satis probat. Videat. Ziegler. l. c. lib. 3. c. 1. §. 1. § cap. 2. §. 63. Nec refert, an collectæ sint ordinaria, an verò extraordinaria, ob fortalitij extractionem, vel civitatis munitionem, stipendia militibus decenter præstanda, aliasve tes bellicas, & sic deinceps, subditis imposita. Ludov. Molina, de *Just.* §. *Jure*, *Disput.* 560. num. 25. Sed forsitan magis interest, an sint præsentes, an verò præteritæ, h. e. ratione temporis præteriti debeatantur, vulgo Restantur; dummodo haec ad prælens periculum avertendum noviter non fuerint assignatae, quia tunc pro præsentibus haberi debent. Ziegler. de *Jur. Maj.* lib. 2. c. 3. §. 54. in fin. Alias verò tributorum præteritorum non tantæ, quam adhuc solvendorum, necessitas est tantusque favor; unde & tunc, quando de illo agitur, non executive; sed servato juris ordine, procedendum esse putant. Videatur Cacheran. Dec. 68. num. 8. Cothmann. *consil.* 11. n. 192. Surdus, *cons.* 168. n. 57. Mev. ad *Jus Lub.* p. 2. tit. 3. art. 3. n. 29.; quanquam ex hoc solo, quod compensatio locum habere debeat, tuò satis colligi non possit. Certius est, quod illa non sit reprobanda, si insignis æquitatis ratio concurrat, quæ, ne fisci creditoribus beneficium compensationis denegetur, suadeat. Anton Massa Gales, ad *Fori Camer.* *obligat.* quest. 18. n. 8. Steph. Gratianus. *Discept. Fores.* cap. 718. n. 14. §. *Dec. Prov.* Marchie 179. n. 11. Zaccias, de *obl. gat.* Camer. Q. 18. n. 43. seqq. Gregor. *Decis.* 342. n. 3. § 4. Excell. Dn. *Praefes.* l. c. n. 67. Conf. omnino Joh. Bapt. Cardinal. de Luca, *disc. de Regal.* 106. num. 5. ubi valde signanter scribit, quod, si debiti publici actualis solutio fine maximis incommode, si debiti publici actualis solutio fine maximis incommode,

dis, molestiis & querelis Civitatis debitricis, de qua ibi querit, fieri non possit, tunc, licet alias non esset admittenda compensatio, tamen lex aequitate locus ei concedendus fit. Idque tunc maxime locum sortitur, si debitum subditi aequum sit privilegium, quam fisci. Mundius, l.c. num. 128, Klock, de Contribut. cond. 17. It. B. ubi ita in causa J. contra F. observatum esse scribunt. Mev. l.c.n. 41. Dn. Praes, l.c.n. 32. & 33. ubi elegans hanc in rem exemplum adducitur. Quaznam autem debita in istum censum sint referenda? magis facti, quam juris, quæstio esse videtur. Certè si quis v. gr. Civitati alicui Imperiali pecuniam ad lytrum incendiarium, jù Bezahlung einer Brandstzahung, vel ad collectas Imperio aut Circulo eo celebrius solvendas, item ad redimendos civitatem onerantes annuos redditus, & notabilem matriculæ Imperialis pro eadem obtinendam exoneracionem credidisset, quid justius, quidve aequius foret, quam ut talis creditor, si postea collectarū, ab eadem civitate proprio jure exigendarum, debitor fieret, exceptione compensationis contra illā uteretur? Videat. omnino Excell. Dn. Harppr. l.c.n. 30. seqq. Simon van Leeuwen, d.cap. 36. n. 13. ubi, annexo Scabinorum Leydenium judicato, testatur receptum esse, quod, si quid ipsius tributi, sive pensionis causa, expensum fuerit, illud postea ab ejusdem pensationis debitore compensari vel potius retineri valeat. Idemque dicendum, si singularis regionis consuetudo compensationem in causa tributorum receperit, vel Princeps eandem ex speciali gratia permiserit, Fontanella, Dec. Caibal. 466, num. 7. in fin. vid supr. §. 3. vel etiam pacto speciali conventum sit, quod creditor publicus, ratione collectarum, istius beneficio utendi jus habere debeat. Quemadmodum enim cautelæ ac prudentiæ est, ut contrahentes cum fisco tamen pactū adjici current, ita contra aequitatem est, ut illud à Principe b. f. servetur; quamvis non nesciamus, in ejusmodi casu, cum L. imper. Civitas Goslaria summam quater mille thalerorum, pro subsidio contra Turcam, mutuam dedisset, expresso hoc pacto, daß solche Ihr funftig an der Zürcken Steuer abgerechnet werden sollen, & poste Fiscalis A. 1598. indicatas Turcas collectas exigeret, Assessores Aug. Imp. Cameræ in diversa tunc temporis sententias abiisse, quibusdam regulam L. 3. Cod. de compens. & præ primis Turcarum contributionum sumam prærogativam, alii è contrâ conventionis aequitatem urgentibus, ita quidem, ut lis indecisa remanserit, refente

rente id Klockio in *Vot. Camer. Relat.* 113. & in *tr. de contribut.* cap. 18. n. 160. & seqq. Illud tñ. ipsi concedimus, quod ejusmodi pactū, quod compensatio in causa tributorū permittitur, non aliter valeat, quam si illud cum principe, aut, hoc consentiente, cum Officiali fuerit initum, & si de talibus queratur collectis, quæ ipsi Principi, vel civitati sic pacienti, proprio jure debentur, quales utique non sunt collectæ Circulares vel imperiales, quippe quas domini territorium non sibi meti sis jure superioritatis territorialis; sed Imperio vel Circulo, administratorio sive executorio factem nomine, exigunt, prout probè observari jubet Dn. Hertius, de *Superiorit. territor.* lib. 40. & per consequens in hisce pensitationibus, non obstante tali pacto, cum non ad sint mutui creditores & debitores, compensatio locum sortiri nequit. Apposita hanc in rem Scipio Gentilis apud laudatum Dn. Hertium: Si dominus regionis subditu suo immunitatem omnium onerū concesserit, id de omnibus, quæ in ejus ditione imponuntur, intelligendum est; non verò de collectis Imperii universalibus, ut quæ ad bellum Turcicum in Comitiis Imperii decerni solent, Conf. omnino B. Dn. à Seckendorff. in *Teutschen Fürsten-Staats lib.* 3. cap. 3. §. 8, num. 4. Denique generaliter observari meretur, quod laudatam L. 3. C. de compens., quæ tributis compensationem opponi vetat, strictissimè acciendam esse passim inculcent Dd. Fontanella, *Dec. Cath.* 466. n. 13. Unde tradunt, quod, si Princeps collectas sibi à subditis præstandas Vasallo, Ministro, Commendatario, vel alii Officiali donaverit, hisce, licet easdem ex liberalitate percipient, nihilominus compensatio, ratione ejus, quod ipsi debent, opponi valeat, eò quod, privilegii vel specialitatis ratione cessante, vel etiam personæ, quæ sit immediata privilegii causa, mutatione, ipsum in simili privilegium deficiat & cesset, per authores & textus, quos hanc in rem exhibet Johannes Solorzanus, de *Indiar. Gubernat.* tom. 2. lib. 1. cap. 2. L. 1. cap. 20. n. 70. seqq. Didac. Balmaseda, d. Q. 110. n. 15. Quorum tamen sententiaz subscribere vix possumus. Vid. infr. §. 29. uti nec illis, qui existimant, quod dispositio expedita L. 3. C. de compens. & L. 46. §. 5. de jur. Fisco, ne quidem ad subsidium charitativum pertineat. Remigius de Gonny, in *tr. de subsid. caritat.* Q. 49. Barth. Bellenzin, in simili *tr. Q. 3.* contra quos rectè urgetur, quod subsidium charitativum ex post facto, i. e. post semel initam conventionem, ad minimum respectu singulorum conferentium, sit verum tributum, & non nisi in quodam necessitate

cessitatibus publicis casu decerni soleat. Ex quo etiam nobiscum sentiunt Castillus, de alim. cap. 67. num. 6. & cum hoc Balmaseda, d. quæst. 110. n. 13. De illo subsidio charitativo, quod petit Prælatus pro suis alimentis, vel alii ab ipso, videatur Medices, de compens. P. 1. Q. 28. n. 1. Surdus, de alim. tit. 8. privil. 53. n. 6.

## §. XVI.

Quod attinet censum emigrationis, vulgo Abshof/ Nachsteuer/ Principi solvendum, egregie & luculenter satis demonstravit Excell. Dn. Præses, cons. 46. n. 56. seqq. quod ille, non obstante L. 3. Cod. de compens. compensationis objectum constitutus, cum gabella detractionis non sit propriè collecta, quod etiam monet Venerandus Dn. Pater meus, in disp. de quota detrac. th. 9. Quem dum nomine, totus in vota resolvor: Serves Æterne DEUS, diutissimè mihi serves Optimum Patrem, ut ille servare & ego illum venerari diutius possim. Fac quoquo, ut tam carus Pater cumulatissima fruatur felicitate, quæ tot tantisque beneficiis, quibus me aluit, auxit, ornavit, perfectè respondeat.

## §. XVII.

Porrò & illud facilè patet, quod petitioni Laudemiorum, quæ Principi non quatali, sed quæ domino directo solvenda, ad collectas nullo modo referri possunt, rectè objiciatur compensatio; Quæ etiam locum habet ratione aliarum præstationum, ex. gr. canonicis metallarii, qui itidem Principi non sub respectu alicujus tributi; sed ex contractu debetur. Circa compensationem adohz cū relevio quid suprema Neapolis Curia frequenter? videatur Donat. Anton. de Marin. in Decis. Reg. Cammer. Sum. Neapolit. D. 371.

## §. XVIII.

Sed utrum in Decimis compensatio locum habeat? magis dubia est questio, quæ quidem communis negativè deciditur. Arismin. Tepat. in CompPEND. Dec. tit. 160. cap. 5. Trentacinq. V. R. lib. 3. tit. de compens. Resol. 1. n. 16. Linglois, ad 50. Dec. D. 13. Q. 6. n. 39. ubi Glossam sic docentem communiter approbatam scribit. Fontanella, in Dec. Ca bal. Dec. 465. n. 22. Barbosa, ad L. 3. n. 16. Cod. de compens. Didac. Balmaseda, tr. de Coll. Q. 110. n. 4. Peregr. L. c. n. 16. Riccius, in Praxi Var. Resol. R. 120. n. 2. Brunnem. ad L. 46. n. 7. n. de jure Fisc. Idem, ad L. 3. Cod. de compens. num. 4. Qui omnes loco rationis afferunt, quod decimæ pauperum & clericorum sustentationi, itemque ædium ecclesiasticarum conservationi inserviant, Dn. Lauterbach, in Coll. n. theor. præt. tit. de compens. th. 8. Brunn.

D

d.l.

d. l. Excellent. Dn. Stryk. ad *Coll. Lazarb.* pag. m. 459. *verb.* Nequeat. & adeò partim de futuris alimentis, partinetiam de tributis, quæ duo non sunt compensabilia, participare intelligentur. Fontanella, d. l. At verò quemadmodum prior ratio non est catholica ; ita nec posterius dubio caret. Nam verius alii videtur, quod decimæ regalibus, & per consequens tributis accenserit nequeant, Vid. Excellent. Dn. Praes., cons. 14. num. 69. s<sup>i</sup>qq. Dn. Hertius, de *Superiorit. territoriali*, b. 50. Add. Instr. Pac. art. 5. §. 46. Capitul. Leopold. art. 3. in *verbis* : *tie audi wegen Landes-Fürstl. Obrigkeit* &c. Quapropter non veremur asserere cum Excellent. Dnt. Styk. ad *C. L. loc.* cit. quod decimæ, quæ ipsi Principiis proprios usus debentur, quales sunt v. gr. quæ Novales, vulgo Noval-Zehenden/ appellantur, positis terminis habilibus omnino sint compensabiles. Et sane iphas Papales decimas seu à Papa impositas (Vid. Gigas, de *pension. Ecl. Resp.* 10. n. 13. & seqq. Rebuff. de *decimis*, Q. I. n. 15. & Q. 3. n. 3. seqq.) cum eo, quod Camera Apostolica, debet, pensari valere, ex Bellenzino tradit Petr. Moneta, in *tract. de decimis*, cap. 9. Q. 4. n. 172. Addatur Medices, de *compens.* Q. 24. ubi limitationem addit. Diximus autem suprà, positis terminis habilibus. Nam eo in casu, quando id, quod decimarium nomine solvendum est, vel species est, vel diversi generis ab eo, quod illarum debitori vicissim debetur, propter obstantem Juris Communis rationem frustra queritur, an compensatio vera ac perpetua locum habeat? cum huc in speciebus & diversi generis debitis haut procedat.

Ceterum quo d. attinet decimas, quæ clericis debentur, concedi poterit, illas in compensationem non venire, propter eà quod vicem alimentorum obtineant. Addunt nonnulli etiam hanc rationem, quod decimæ DEO debeantur, prout loquuntur Gothofred. ad L. 2. Cod. de *compensat.* lib. n. & alii, qui supponere videntur, quod bona Ecclesiastica in ipsis DEI dominio sint. Vid. Zieg. de *Dote Eccles.* cap. 12. §. 8. Sed istud dominium, prout à Pontificiis sumitur, revera non dari; sed tantum ab illis ad suas hypotheses palliandas fingi, accurate demonstrat Titius, in der Probe des Teutsch-Gesell. Rechts, lib. 2. cap. 6. §. 43. seqq.

## §. XX.

Sexta exceptio est, ne is, qui alimentorum, à Civitate, in Xenodochiis, Orphanotrophiis, Prochotrophiis, Gerontocomiis & simi-

similibus locis, in L. pen. Cod. de SS. Eccles. specialius memoratis, præstari solitorum debitor est, pecuniam hoc nomine ei debitam compenset. L. 3. ibi: Neque alimentorum. Cod. de compensat. juncta L. 122. princip. ff. de legat. 1. Adeatur omnino Dn. Schilt. d. exerc. 28. §. 36. Ratio hujus exceptionis haut dubie consistit in singulari tum alimentorum, celerem solutionem efflagitantium, L. 8. in verbis: Nam ea res praesciat in momentaneam curam iungit. n. de alim. legit. arg. L. 2. n. de fer. Sebaſt. Medicis, de compens. part. I. Q. 14. num. 1. Surdus, de alim. tit. 8. privil. 53. n. 7. Coler. de alim. lib. 2. cap. 7. n. 38. tum piorum ejusmodi corporum favore, ne videlicet quisquam in illis degens pauper, infirmus, senex, orphanus, dirâ fame intereat. L. 27. §. pen. n. de inoff. testam. L. ult. Cod. de ordine cognit. Ant. Faber, in Cod. Sabaud. lib. 4. t. 23. D. 7. in not. Simon van Leeuwen, d. lib. 4. cap. 36. n. 14. Mæſtert. d. Q. 4. n. 5. Alimenta namque denegans necare videtur. L. 4. n. de agnosc. Et alend. liber. Carpzov. P. 1. C. 8. D. 9. Mæſtert. de compens. Q. 4. n. 5. B. Dn. Lauterbach, in Colleg. theor. pr. ad sit. n. de compens. J. 8. n. 5. Pontan. de alim. Q. 10. n. 2. Philippi, l. c. n. 4. & seqq. Surd. de alim. tit. 8. privil. 53. n. 5. Brunn. ad L. 3. Cod. & ad L. ult. n. de compens. ubi idem in omnibus alimentis futuris (de præteritis videatur post Monald. Gigantem, & alics. Gratianus, Discept. for. cap. 726. n. 32. Cæſar de Grassis, Except. 16. n. 48. Cœlius Bichius, Dec. R. Rom. 23. n. 2. Cyriac. controv. for. 43. n. 25. optimè Coler. c. l. n. 40. ubi notabile exemplum affert. Voet. ad tit. de compens. n. 16. ubi etiam de pretio alimentorum jam præteriorum solvendo querit. Leeuwen, d. cap. 36. num. 14.) admittendum existimat, quod & sequitur post Cyric. Mæſtertius, d. l. & in supr. Sarbaudia Senatu approbatum testatur Faber, d. Def. 9. Add. Brunn. l. c. Surdus. l. c. n. 4. ubi ad argumentum à dote respondet. Et hinc est, quod creditori alimentario, qui ex bonis concursuſ alimenta percipit, curatorem bonorum compensationem opponere non posse contendat Salgado, in labyr. credit. P. 3. cap. 6. §. unio. n. 5. Castillo, quotid. contr. tom. 4. cap. 40. n. 30. §. 84. Simile quid reperire est ap. Limn. defur. Publ. lib. 8. cap. 6. n. 81. ubi signanter assertit, quod nec mercator contra studiosum compensare possit si huic cambium solvendū sit, eō quod studiosus ex eo vivere necessum habeat. Quæ Limni sententia etſi forte non semper ac ubique obſervetur; tamen ob

suprà tradita, omnino rationem habere videtur, præfertim cùm alia adhuc ratio concurrere possit quæ efficiat, quò minus in tali casu (contra regulam, quam de cambiis commendat Carpzov. lib. 2. R. 102. Müller ad Struv. Exerc. 21. b. 15, lit. y. novissimè Rösener, de lib. mercator. cap. 11. n. 238.) pecuniam cambialem jure compensationis mercator retinere possit. Sæpius enim studiofus, cui talis pecunia ex patria mittitur, ad instar procuratoris, vel nudi mandatarii se habet, cui in præjudicium mandantis, qui non est debitor mercatoris, compensatio male objicitur. Addat. Rebuff, de privil. studior. privil. 68. ubi hoc privilegium prolixè statuminare satagit. Hilliger, in Donello encl. lib. 16. cap. 15. lit. Q. Müller ad Struv. loc. cit. lib. 23. lit. y. Denique stipendia ecclesiastica, iterumque Legata ad pauperes vel studiosos alendos rectissimè hoc refert Dn. Schilt. d. Ex. 28. §. 36. ita, ut, si quis à fisco ecclesiastico forte mutuò acceperit, quò ex annuis usuris stipendia studiosis, vel eleemosynæ pauperibus, exinde exolvi possint, ille annuas à se exolvendas usurias cum eo, quod fiscus vicissim ipsi debet, contribuere nequeat. Si verò ipse met fiscus in talem causam legatâ forte mutuo acceptâ, civitati usurias exinde debeat, et quum est, ut civitas tributa, quæ debet, compensando retineat, dñs sie so viel an ihren schuldigen Land. Steuren im behalte & legati usurias exinde perfolvat; id quod etiam Serenissimo Saxoniæ Electori ita placuisse refeit Schilter. l. c. Addantur, quæ habet Albericus de Rosate, ad L. 7. Cod. de compens.

## §. XX.

Septimò debtor publicus exceptionem compensationis frumenta opposuit, si quid debeat illi, qui statutis servit sumptibus, & a fisco, (cui onus talium stipendiiorum seu statutorum sumptuum incumbit; eleganter Zypäus, in tr. de judice magistr. Senator. lib. 8. cap. 12. n. 1. (ad hoc, ut Clericis, Magistratibus, Consiliariis, Professoribus, Ducibus belli, militibus salario solvat, præpositus est. L. 3. ibi: Neque ejus, qui statutis sumptibus servit. Cod. de compens. L. 46. §. 5. ibi: Et stipendiiorum. de jur. fisc. Ripa, de peste, rubr. de remida conserv. ubertat. n. 34. Alber. de Rosa, ad d. L. 3. Dn. Lauterbach, in tr. synopt. de compens. §. 2. n. 3. Mevius, part 9. D. 106. ubi in specie de clericorum salariis disquirit. Müller. ad Struv. l. c. Peregr. l. c. n. 15. Donell. d. cap. 15. Brunn. ad L. 46. n. 7. d. tit. Add. B Dn Bardilli, in disp. de solariis, tb. 39. Notandum autem est, quod cum salariis eodem

codem jure censendæ hic sint istæ collationes, quæ ad valli, pontium, fontium, & similium constructionem, vel reparationem præstari debent. Molina, d. D. 560. n. 25. Statutis namque sumptibus omnis illa pecunia, quæ ad certos usus publicè deputata est, servire dicitur Dn. Stryk. ad Compend. Lauterb. pag. 271. Mæstert. d. Q. 4. num. 6. Wissemb. D. sp. ad n. 31. tb. 3. in fin. Brunn. ad L. ult. n. de compens. & in Dec. cent. 3. D. 88. n. 4. & seqq. Cardin. Tuschus, lit. C. concil. 490. n. 48. Ceterum si queratur, an fiscus salarium petentem exceptione compensationis submovere possit? non male negativè respondeatur cum Trentacing. d. Resol. 8. n. 4. eò quod salaria maximum mereantur favorem, & vicem alimentorum obtineant.

## §. XXI.

Octavò compensatione contra civitatem uti nequit is, qui eidem fideicommissum debet. L. 3. Cod. de compens. in fin ibique Dd. Thomas Del Bene, de juram. cap. 2. Dubit. 41. n. fin. id quod tamen potissimum de compensatione in propria intelligendum venit, cum id, quod ex causa fideicommissi debetur, haud infreenter sit debitum speciei, cujus ad quantitatatem nulla est compensatio vera & propriè sic dicta, quamquam hujus naturam in ultimis voluntatibus non semper attendi scribant Dd. Vid. Surd. lib. 1. cons. 112. n. 4. Rationem autem dictæ exceptionis ponunt in eo, quod ibidem duplex favor, testamenti videlic. & fisci concurrat Brunnem. ad d. l. 3. Quod plenius explicant Donell. d. l. vers. Sexta causa est. Mæstert. d. Q. 4. n. 7. Struv. 4. tb. 23. Zanger, d. l. n. 31. Molina, d. Disp. 560. n. 25. ubi idem obtainere scribit, si res relicta fuerit ea lege, ut postea ad Principem vel Communitatem perveniat. Neque dubii quicquam suppetit, quin id, quod de fideicommisso civitati restituendo non compensabili dispositum est, etiam ad legatum extendi possit. Barbosa, ad L. 3. n. 9. Cod. de compens. Trentacing. d. Resol. 1. n. 12. quod etiam verum existimat Mæstert. d. Q. 4. n. 8. Schilt. d. ex. 28. §. 38. in fin. sicut illud ad pias causas relictum sit.

## §. XXII.

Denique Nonò fiscus compensationem admittere non tenetur, si ipse pretium rei venditæ petat; per L. 46. §. 5. n. de jur. fisc. L. 7. Cod. de compens. Nec immerito, cum res fiscales, præcipue immobiles, non soleant alienari, nisi urgente necessitate, cui per fidem ejusmodi solutionem, qualis est compensatio, non bene occurritur.

B. Dn Lauterbach, l. c. in fin. Add. Schilt. l. c. §. 40. Molina, d. n. 25. in fin. Vinn. part. jur. lib. 2. c. 71. lis. U. Atque h̄c de exceptionibus, publicis creditoribus compensationem denegantibus, dixisse sufficiat, quæ e. si benè multæ sint, ita, ut inde cum fisco raro compensari scribat B. Brunnem. l. c. propterea tamen non perdunt regulam, quæ est in contrarium: secus ac sentit Aug. Barbosa, ad L. i. Cod. de compens., ibi: *Compensatio fisco non opponitur; sed illa potius omnibus modis retinenda est, ne alias Fiscus veletiam civitas, in casibus non exceptus jure communis procul dubio utentes, nimium sentiant favorem, cum suorum creditorum præjudicio coniunctum.* Brunnem. ad L. i. in fin. Cod. de compens. Schilt. l. c. §. 25. Tulden. ad tit. C. de compens. n. 5. præsertim cum casus facile possit contingere, qui illorum actionem reddant inanem. Hanc verò, exceptione compensationis ex juris necessitate haut opposita, planè extinctam esse, eò minus credendum est, quo certius est, quod quis petitionem salvam habeat, tamersi dictam exceptionem ultrò omiserit, adeò ut nulla ex hac omissione, donationis præsumptio regulariter capi possit. Vid. omnino Joh. Voet. ad tit. n. de compens. §. 3.

## §. XXIV.

Antequām ulterius progrediamur, dispicere luber, annon possesseores bonorum domania, adversus eorum restitutionem, ratione pretii, it. meliorationum, vel etiam alterius debiti, quo Princeps revocans ipsis obstringitur, exceptione compensationis se se tueri possint? Ac primò quidem cum B. Dn. Textore, in *Dissertat.* (quæ exstat in Cod. Jur. Domani. P. 3. fol. 139.) de Bonis corone, lib. 1. p. Brucknero, de Domani. Regni Germ. c. 19. n. 16. & 19. Ringl. de Domani. German. lib. 3. §. 5. seqq. & alii præsupponendum est, quod dicti possessores, in bona fide constituti, arg. L. 27. Cod. de ev. d. Vid. omnino Excellent. Dn. Præses, cons. 42. n. 15. & multibz seqq. à Principe revocante, si hic ipse, vel ejus antecessor bona domania vendiderit, pretii refusio- nem recte petant. non obstante, quod venditio bonorum domania- rum, consensu populi non interveniente, ipso jure, naturali scilicet, nullasit Grot. II. 1. 4. 2. atqui ex emptione contra LL. prohibitionem facta ad evictionem experiri non licet, arg. l. 5. Cod. de LL. Frantz. de ev. d. n. 240. Conf. omnino B. D. Lauterbach, in diff. de fundo dotali, lib. 42. Quemadmodum enim prius, extra casus exceptos, verissimum putamus, adeò, ut dominium hautquam transferatur in

in possessorem; Joh. à Sande, de probib. rerum alienat. cap. 6. 1. §.  
 Excell. Dn. Præfes. l. cons. 42. n. 63. & per consequens hic rei vindicatione pulsari possit: (Diss. tr. Dn. Text. l. c. tb. ii. ubi condictionem sine causa concedit.) Ita nihil ambigimus, quin posteriori insuper habito, nihilominus pretii restitutio jure urgeatur, partim quia diversissima sunt, premium repetere, & ad evictuonem præstandam agere; Rosenthal, de Feud. cap. 9. membr. 1. concl. 1. p. 68. l. t. L. juncta concl. 98. pos. lit. b. partim quod ipsa naturalis, ut loquitur Ulpianus, in L. 13. §. 7. n. de excusar. sui. justitia non ferat, ut quisquam cum alterius iactura locupletior fiat. Grot. II. 10. 2. Scap. 17. per tot. Quod tamen omnino contingere, si emptor rei domanialis pecuniam, quā pretii nomine in Reip. vel Principis privatam utilitatem erogavit, ab illa vel hoc, ejusque heredibus, frustra reposceret; prout hanc in rem plenius differunt Perillustri Dominus de Dewiz, Dominus noster gratiosus, in Diss. de Princeps evincente, sub præsilio Dn. Stryk. Witteberg & proposita, cap. 3. §. 3. ¶ 5. B. Dn. Myler. ab Ehrenb. in Nomolog. cap. 9. §. 3. seq. Bruckner. l. c. Ringl. l. c. Dn. Text. d. tb. 14. Quorum sententiam insigniter adjuvat, quod etiam alienatio feudi, sine domini directi consentu facta ipso jure nulla sit, ipsa legis feudalis sanctione cassata ac in iuritu deducta, & tamen emptori bona fidei, quemlibet etiam hic, uti dictum presupponimus, adversus venditorem & heredes illius, ad pretium vel a domino directo vel etiam agnatis restituendum. Etio competat. 2. F. 55. in med. Cum itaq; verum sit, quod Princeps, bona domania ab emptoribus repetens, ad pretii restitutionem teneatur, verum quoque erit, quod talium bonorum possessor, qui simili Principis vel Reipubli. & conventionalis creditor est, id, quod ille huic debet; et si ex jure in re, (Nam in materia compensationis vocabulum debiti ita late accipitur. Dn. Lauterb. ad tit. 7. de compens. tb. 18. Struv. ad eund. tit. tb. 19. bellissime Frantzkius, ad tit. 7. de ev. II. n. 11. ¶ plur. s. 99.) mediante compensatione temporali, vel etiam vera ac perpetua, si nimis, res domanialis sit quantitas. Vid. omn. Conf. JC. Hallens. in Cod. Jur. doman. P. 4. f. 171. retinere possit, donec ipsi ratione pretii satisfiat, idq; propter generali illam & aquifissimam regulam, quod in cassibus non exceptis publico debitorum beneficium compensationis denegari non debeat, L. 46. §. 5. n. de j. u. P. 1. L. 3. Cod. de compens. Quod multò magis procedet qua meliorationes & impensas in rem domanialem à bonis fideli possestori erogatas, eo scil. in casu, quo illarum refusio jure pe- ti po-

ti potest. Imò si Princeps ex alia, quām reductionis causa quid debeat, bona domania lìa eō usque, dum ille solvat, extra necessitatis casum, reētē interim retineri, verius videtur, propter generalitatem sepe d. L. 3. C. de compens. & L. 46. §. 5. d. t. Cui accedit, quod etiam dotis repetitioni compensatio obstet. L. 15. §. 1. L. 66. §. fin. salut. matrim. L. 1. Cod. rer. amot. juncta L. f. Cod. de compens. Mæstert. de compens. quæb. 26. Monach. Decis. Forest. 13. Atqui domanium à Dd. cum dote in plerisque juris articulis comparari quis nescit? Vid. in primis B. Dn. Völschow, Vir de patria meritissimus, in Disp. de Doman. (quæ exstat in Cod. Jur. Doman. P. 3. fol. 26.) ib. 12. n. 1.

## §. XXVI.

Satis jam diximus de Primo casu, quo usque scil. compensario toti Reip. objici valeat. Vid. suprà §. 6. Veniamus nunc ad secundum casum, quando illa sit adversus civitatem municipalem, quæ et si summo imperio vel etiam superioritate territoriali destituta sit, jus tamen fisci habet. Consulatur B. Dn. Lauterbach, de jur. Fift. cap. 5. Ut autem hic compensatio procedat, tria sunt necessaria, quorum primum est, ut ipsa civitas debeat; non verò illius administratores, ex quorum contractu, nisi versio in rem probetur, civitatem haut obligari, notum est ex L. 27. n. de R.C. ibique B. Dn. Lauterbach, in pecul. comment. Excell. Dn. Präses, cons. 80. n. 63. seqq. B. Dn. Gerdes, Disp. de Mutuo civitat. Secundò requiritur, ut civitas, quæ talis; non verò tanquam pars provinciæ vel Reip. debeat. Quemadmodum enim ex contractu civitatis singuli cives haut obstringuntur; L. 7. §. 1. π. Quod cuiusq. univ. nom. etiam si expressè in tabulis obligationis dicatur: Nos Consules, Senatores, & omnes cives: de quo plenissimè Excell. Dn. Präses, cons. 46. n. 72. & seqq. ita nec ex contractu totius Reip. singulæ hujus partes ac membra obligantur. Tertiò necessarium est, ut civitas à suis creditoribus debitum exigat jure proprio; non verò tantum administratorio vel executorio, illud scil. quod Reip. vel Principi immediate debetur. Unde satis manifestum est, quod nullo in casu, quo Magistratus collectas, vel alias praestationes, ipsi Principi solvendas, à civibus suis exigit, ejus, quod Magistratus civitatis nomine debet, compensatio locum habeat, quia hæc semper presupponit mutuos creditores & debitores, qui hic deficiunt. Neque enim collectæ magistrati

strati debentur; sed hujus solummodo distributioni sive subcollectioni & executioni relicta sunt. Carpzov. lib. 4. R. 12. Vid. omn. Mev. part. 3 D. 216. Capitul. Leopold. & Joseph. art. 3. ibique B. Dn. Textor. in Jur. Publ. Stat. Imper. t. 4. n. 164 seqq. Planè si tributa non singulis civibus, verum ipsi civitati, ut toti aggregato, à Principe indicatur, compensatio ex gratia magistratus fieri potest, cum ille, in hoc casu, etiam immunitatem alicui ex civibus concedere valeat, ita tamen, ut nihilominus tota summa, quam Princeps imperavit, ei exhibeat. Ziegl. de Jur. Maj. lib. 2. c. 2. §. 60. seqq. Addant. quæ docet Dn. Praeses, de immunit. à collect. conventionali, ib. 19. § 5. seqq.

## S. XXVIII.

Quæ de collectis in §. præcedenti diximus, aliter se habent in iis pensitationibus, quæ ipsa civitas nomine proprio, & quidem vel ex contractu, vel ex lege, statuto, aut consuetudine percipit, ut sunt ex gr. pecunia alliberationis, vas Boge. Gelt. necnon pecunia stationis, quæ à mercatoribus tempore nundinarum solvi solet, Stand. Gelt vulgo appellata. Dubitandum enim non est, quin creditor civitatis istiusmodi pecuniam, cum eo, quod illa vicissim debet, pensare valeat. Quod verò attinet censum emigrationis, facilè intelligitur, quod, cum ille, secundum ea, quæ supra notavimus §. 26. etiam tunc, quando ad ipsum Principem pertinet, compensatio objectum constitutat, multò magis hoc procedat, si iste census civitati municipalī debeat; quali planè singulari jure in hoc inclyto Ducatu Heydenhemium gaudere ab Excellent. Domino Præfide percepit.

## S. XXIX.

Subjectum passivum nostræ tractationis est Respublica, it. Civitas municipalis, aliave universitas, harumq; rector & administrator, dummodo aliquid publico nomine debeat. Neque enim Fisci debitor publicas pensitations cum eo, quod harū susceptor privatim debet, contribuere valet. Si verò hoc contra juris formam factum sit, fiscus suum debitorem, qui illicite compensavit, ad solutionem nihilominus jure adigit, Peuez. ad tit. Cod. de compens. n. 19. in fin. ita quidem, ut, si illa sequatur, non contra Fiscum conditio indebiti; sed, rescissa jam facta compensatione, adversus susceptoriē, ejusquam hæredem, & ante & adhuc debitæ quantitatis exactio competit. Qualis casus nominatum definitus exstat in L. 13. Cod. de compens., ibique Goethofr. lit. b. tametsi hanc legem cum Jac. Cujacio aliter explicit Brunnenman.

nemanius. Hoc certum, quod, cum in casu d. i. sive Cujacii sive Gothofredi explicationem sequaris, id, quod Fisco solutum, non indebet, sed debitè solutum sit, condicō debiti ad versus Fiscum recte ibi denegetur. Nam illa actio tunc demum competit, si is, qui exceptionem compensationis jure opponere potuit, hoc ipsum per errorē facere neglexerit. L. 10. n. 16. de compens. L. 30. n. 2. de condicō indebet. L. 5. §. 1. p. 12. de impens. in rem dotal. fil. Tuldens. in Cod. de compens. n. 6. Bocer. cl. 4. D. p. 19. lib. 3. 8. lit. c. Richard. ad g. 30. In p. de act. n. 27. B. Dn. Lau-  
terbach. in tr. synopt. tit. de compens. §. 2. n. 12. Dissent quidem Zoes. ad tit. n. de compens. n. 4. & seqq. & novissimè Dn. Swendend. ad Eckold. eod. tit. f. 4. verb. reprobaverit. p. 456. ubi non conditionem indebiti; sed illam actionem, quæ solventi, si accipienti nihil vicissim deberet, daretur, competere defendant. Sed ut obiter, quid hac in re sentiamus, indi-  
cemos, sanè utraque sententia admittenda videtur. Prior quidem in casu; si compensare potens, ex errore facti, solverit. Cum enim compen-  
satio sit modus obligationem ipso jure tollendi, adeoque ex de-  
bito faciat indebitum, recte utique dicitur, quod, si unus debitorum,  
quod non amplius debet, post concurrentiam mutui debiti, hanc  
forte ignorans, solvat, id ipsum, tanquam indebitum solutum, condicō  
valeat: Et, ut hoc liceat, sanè plur. mūn interesse potest tunc, si fo-  
lulum naturaliter & civiliter; illud verò, quod ab accipiente vicissim  
debetur, tantum naturaliter debitum sit. Hoc enim cum non peti, be-  
nē tn. pensari possit, etiam cum mixto debito, per generalitatem L. 6.  
n. de compens. quam contra Mæstert. de compens. Q. 12. eruditè explicat  
Voer. ad l. t. f. 13. profectò is, qui solvit aliter juvarinon potest, quam  
ut solutionem indebet factam, mediante conditione, rescindat, &  
hoc facto, simùl jus compensandi redintegretur. Tuldens. / . cit. Sed ta-  
men hzc omnia nullatenus impediunt, quod minus etiam posterior  
sententia, Zœfi scil. & Swendendorferi defendi queat, præsertim cum  
negandum non sit, quod actio ei, qui suo creditori & simùl debito-  
ri solvit, ratione illius, quod accipiens adhuc debet, in salvo  
maneat, per L. 8. n. de compens. ibique Gothofr. lit. v. Nam, si aliter  
diceremus, sequeretur, quod is, qui exceptionem compensationis,  
ex urgentibus rationibus, sciens prudens omiserit, cum & tali in casu  
conditionem indebiti cessare certum sit, planè nullam actio-  
nem haberet. Id verò plus quam iniquum esset, quia, uti jam suprà  
dixi-

diximus, ex omissione dictæ exceptionis, scienter licet facta, nulla donationis præsumptio regulariter capi potest ac debet. Plures enim incidere possunt causæ, ut quis illud, quod debet, actualiter solvere, quām compensatione uti malit. Mæstert. de compens. Q. 2. n. 4. Mev. ad J. L. part. 4. tit. 4. art. 9. n. 3. Optimè Voet. ad tit. 7. de compens. §. 3. in med. Dicimus itaque, quod, si compensare potens, ex errore facti, licet proprii, solvat, condic̄tio indebiti cum debiti exactiōne concurrat, quanquam hæc aliquando, nimirum si sit bona fide, utilior esse possit, cum condic̄tio indebiti semper sit stricti juris. Consentit, quamvis ex alia, quam nos adduximus, ratione post hæc scripta vius cl. Titius, in obseruat. ratiocin. ad Compend. Lauterb. tit. de compens. Ceterum, ut revertamur in viam, si queratur, an Successori in Reip. ratione ejus debiti, quod antecessor contraxit, compensatio objici possit? Videndum est, an Successor ad debitum, cuius compensationem debtor publicus opponit, solvendum obligatus sit? de quo argumento cūm Grotius II. 14. Excell. Dn. Pregizer, Patronus meus maximus, in disp. de oblig. success. in Rep. J. O. Tabor, de oblig. successor. in offic. Myler. ab Ehrenbach, in Nomolog. cap. 10. § 14. aliquæ complures professiā jam opera præclaræ scripsit, ad laudatos authores B. L. remissiæ sufficiat.

## §. XXIX.

Sunt tamen adhuc nonnulla, quæ ulteriorem inspectionem merentur. Ac primò quidem queritur, an Fisci cessionarii, quibus ille sua debita non compensabilia cessit; in horum exactione eadē cum fisco prærogativā gaudeat, & per consequens ejus, quod ipsi privatim debent, compensationem admittere non teneantur? Quanquam autem Solorzanus & Balmaseda, locis supracitatis in §. 15. hanc questionem, eo in casu, si Princeps collectas sibi à subditis præstatandas alicui donaverit, aut in solutum cesserit, negativè decidant: nobis tamen affirmativa inde verior videtur, quod cessionariis fisci, ut hic eto facilius pecuniam inveniat, specialiter indulatum fit, ut etiam personalia neque causæ cohærentia illius privilegia consequi debeant; arg. Lult. Cod. de privil. Fisc. Ferdin. Arias de Mesa, Var. Resol. lib. 1. cap. 20. n. 17. cum seqq. & cap. 21. n. 16. Frantzki, 1. Resol. 14. n. 16. B. Dn. Lau-terbach, in tr. synopt. tit. de bæred, vel alt. vend. §. 2. n. 25. Alph. de Olea, de Cess. jur. & alt. tit. 6. Q. 3. n. 25. & seqq. Conf. omn. Brunn. de Cess. alt. cap. 3. n. 3. & ad L. 3. §. ult. Cod. de privil. Fisc. Unde etiam

etiam in terminis, si Fiscus vel civitas debitum non compensabile alii-  
cui, & quidem titulo donationis cedat, huic, tamersi lucrativo, ces-  
sionario compensationem opponi non posse, nisi omnia nos fallunt,  
ab inclita Facult. Francofurt. decisum recitat laudatus Brunnem.  
cent. 3. D. 88. n. ult. in verbis: Aliud esse si ab initio. Et. Porro quod attinet  
provinciarum ac dynastiarum detentores, qui illas, v. gr.  
conductionis aut pignoris antichretici jure possident, nec hi, si à  
subditis pensitationes publicas exigant, id, quod proprio nomine  
debent, compensare tenebuntur, ex eo, quod ejusmodi Conducto-  
res, hisque valde cognati Admodiatores, (Vid Tabor, de admodiatis,  
cap. 1. §. 3. Et cap. 3. §. 5. & 6. ubi optime ex ipsa rerum experientia doc-  
et, quod integrali quando Comitatis, dictiecius, Aemptor, Commen-  
den, si synodus chaffitum/Starosteyn &c. admodiuntur,) vel Antichre-  
ta collectas & similes præstationes, ex persona & jure Principis lo-  
cantis, admodiantis, vel in antichresin concedentis percipient. Multò  
minùs dicti possessores cogi possunt, ut id, quod Princeps vel domi-  
nus dynastia locat, aut jure antichrefoeos concessi, suis subditis de-  
bet, in compensationem deducant. Cujus asserti ratio manifesta est  
ex eo, quod illi, jure suo ex contractu quæfito utentes, videlicet fru-  
ctus jurisdictionales percipiendo, sui debitoris creditoribus satisfa-  
cere nullatenus teneantur, & per consequens nec compensatio locum  
habere possit, cum illa tantum inter mutuos creditores & debitores  
notoriè procedat. Unde etiam verius nobis videtur, quod collectarū  
conductoribus exceptio compensationis ratione ejus, quod Princeps  
locator debet, objici nequeat, quicquid in contrariū disputer Lugo,  
de Jus. Et Jur. P. 2. Disp. 36. sed. 5. per tor. ubi cum aliis distingue re con-  
natur, an Rex subditorum suorum, ad tributa solvenda obligatorum, de-  
bitor factus sit, posteaquam g. a. bella, conductori, jamjam absolute  
debetur, an vero demum post illud tempus. Priori in casu compen-  
sationem adversus publicanum fieri non posse, contra Vasquium, con-  
cedit. n. 80. Aliud dicendum putat in casu posteriori ex ratione, quod  
gabella tunc nec ab ipso Principe justè exigatur, adeoq; conductoris  
conditio melior, quam Principis, esse nequeat, cum Rex locet gabellā  
cum conditione imbibita, prout loquitur Lugo, ibid. n. 76. Sed esto,  
quod distinctione ab ipso allata, quæ sanè non proflüs εξαγόνος est, re-  
ctè se habeat; illud tamen certū est, quod ratio, quā Lugo in casu po-  
steriori assignat, pro vero supponat id, quod tale non est. Satis n. con-  
stat

stat ex præcedentibus, Principi etiam tunc deberi collectas, quando  
harū debitori ipse vicissim debet, sic ut omnis compensatio omnimo-  
dō cesset: Quibus convenienter dici non potest, quod Rex tali in casu  
tributa à civibus iustè exigat. Si quis autē obtenderet, ea, quā do-  
cet Lugo, non tam de compensatione, quām de retentione accipien-  
da esse, propter illa sub n. 81. obvia formalia: Respetu publicani autem  
omnis cessat ratio. Non potest enim in retinéri ob iustitiae gabellæ, cùm fuerit  
iusta bođe, quando solvi debuit, nec etiam ob compensationem, cùm publi-  
canus nihil tibi debeat, faciliè apparebit, quod nec retentione collecta  
rum in præjudicium conductoris fieri possit, quia adversus illum, qui  
nihil debet, nihil jure retinetur. Mev. I. 7. D. 289. n. 2. Nec quidquam  
porrò in contrarium facit, quod collectarum conductores omne pe-  
riculum in se suscipiant, & propterea proventus minoris conducant,  
quod justissimè metuant, collectam à pluribus noniri solutum. Hanc  
enim rationem, quām & suam facit Balmaseda, de Coll. Q. 119. n. 23.  
efficacem non esse, notat ipsem Lugo, n. 73. Denique, antequam  
evolutionem subjecti finiamus, observandum est, s̄ p̄ius contin-  
gere, ut una ejusdem Reip. statio adversus alteram compensa-  
tionem uti velit, ubi in puncto juris nihil regulariter obstar arbitra-  
tur, quod minus illa locum obtineat, nisi forsan ab una statione  
tale quid debeatur, quod mora omnino impatiens sit, & contra ra-  
tione ejus, quod altera vicissim debet, nullum profrui in mora pe-  
ticulum sit.

## § XXX.

Progradimur nunc ad compensationis nostræ objectum, quod  
constituant debita publica, dummodo ita sint comparata, ut in com-  
pensationem venire valeant. Ex quo facile intelligitur, quod debitum  
publicum, in patiendo ac faciendo consistens, ex. gr. præstatio  
operarum, aliorumque munierum personalium non possit  
exæquari cum eo, quod vicissim resp. in pecunia debet. Quemadmo-  
dum enim facti cum facto; arg. L. 31. n. de solut. L. 2. § 7. de eo, quod  
cert. loc. juncta L. 4. C. de compens. Mev. adj. L. lib. 4. tit. 4. art. 9. n. 8. Me-  
dices, de comp. P. 1. Q. 42. per tot. & P. 2. Q. 31. n. 35. Müller, ad Struv. tit.  
de comp. ib. 22. lit. 5. ita etiam rei cum facto nulla est compensatio,  
quoniam hic debita diversissima concurrunt. Idque adeò verum est,  
ut in talibus præstationibus ne quidem temporalis compensatio lo-  
cum inveniat, eò quod illæ quām celerrimè expediti debeat, & ut  
plurimum in casu publicæ necessitatis, cui aliter, quām per actualē  
præstationem, satisfieri nequit. Accedit, quod dicta compensatio fiat

medi-

mediante retentione, quæ in factū incidere hanc potest. Gravior est dubitatio de debito ex delicto, nimirū an illud, Fisco applicandū, cū eo, quod iste delinquenti vicissim debet, rectè compensetur, scil. contra ipsū fiscum? Nā contra accusatōrē fieri illud non posse, planū reddit, post Mæstert. Müll. ad Struv. l.c. b. 15. l.t. §. n. IV. Generaliter autem, Jure communī inspeccō, distinguendum est, an poena fisco debita sit pecuniaria, an verō corporis afflictiva? Priori in casu compensatio procedit, Struv. l.c. ib. 15. ibique Müller. Brunn. ad L. I. Cod. de. compens. in fin. id quod tamen aliquando fallit. Utriusque & regulæ & exceptionis exemplum jam seprā habuimus. Illus in Praefecto vel distributore annonarū publicarū, qui, si hanc populo, vel etiam militibus injuste præbuerit, ea propter in peccātum pecuniariam condemnatus hanc rectè compensat. L. 17. n. de compens. Huius in curatore pecuniarū frumentariorū, qui si hanc ad privatos suos usus retineat, & ita crimen residui committat, ad restitutionem pecuniarū conventus, exceptione compensationis non gaudet. Vid. Supr. §. 14. & L. 2. §. 2. & 4. n. de administr. rerum ad Civit. pertinent. Debet autem prædicta regula cum quadam declaratione & ampliatione accipi. Et quidem declaranda est in eo, quod exceptio compensationis in causa criminali, propriè demum post sententiam, hujus executioni; durante autem processu nonnisi eventualiter opponi possit: Imò cautus sit accusatus, ne illud, nondum condemnatus, improvidè faciat, cū compensationem allegans debitum suum fateri censeatur. Merenda, lib. 5. controv. c. 46. Christin. vol. 3. Dec. 49. Dn Lauterbach, l.c. §. 26. in fin. Borellus, in compend. Dec. tit. 48. n. 60. Vide tamen Voet. ad tit. n. de compensa. §. 3. Mgv. P. 7. Dec. 12. 8. Struv. ad tit. n. de except. thes. 14. ibique Müller. in addit. Ratio prioris consistit in eo, quod, ante sententiam non impugnatam, mulcta strictè sic dicta (vid. Jacob. Rigos de Mallosto, Goedd. & alii, ad L. 131. n. de V. 9.) non debeatur. L. 244. n. d. tit. Unde insimul patet, compensationem mulctæ cum debito fiscali demum ab eo tempore, quo sententia in rem judicatam transit, vires suas exercere. arg. d. L. 244. Quanquam enim objici posset, quod, si quis ob delictum, cui in legibus nulla certa poena præstituta est: damnatus sit, statim atque sententia ex postfacto secura sit, haec ad tempus commissi delicti retrotrahatur, & per consequens ex illo tempore mutuum debitum & creditum inter Fiscum & Reum inductum censi debet: attamen, cū mulcta, priusquam à judice deter-

determinetur, nomen debiti liquidi non mercatur; hujus verò cum illiquidu nulla, ne quidem de jure naturali, compensatio detur: Telmarus, ad Grot. III. 19. 16. Sane ista retrotractio locum non obvenerit, ad hunc puta effectum, ut id, quod fiscus vel civitas debet, jam à tempore perpetrati delicti, mediante compensatione, sublatum dici possit. Aliud sentendum in illis paenit pecuniariis, quas delinquens ipso jure incurrit, cum sententia, quae accedit, non condemnationis, sed tantum declaracionis gratia requiratur.

Porro amplissimus supra memorata regulam, quod feliciter exceptio compensationis multarum pecuniariae non solum ipsi Fisco tunc quoque, si illa ad usus publicos iam destinata sit; verum etiam Fisci cessionario, cui scil. iste multatam cessit, recte objiciatur, Brunn. ad L. 46. n. de jure Fisc. num. 5. & 6. it. in Decr. cent. 3. D. 88. Conf. supra §. 26. **Posteriori in casu**, quando se agitur ad paenam corporis afflictivam, hujus cum debito fiscalis, quia est diversi generis, & paena pecuniaria, quantacunque illa sit, semper gravior, per L. 10. §. fin. ibid. Dd. 7. de Paen. Excell. Dn. Praef. de Diffensat. super infam. per paenam aggravat. ib. 28. nulla datur compensatio, Dn. Praef. l. c. 0. 16. nisi Princeps consentiat, id quod, si porectatem paenam remittendi habeat, facere quidem potest; non tamen facile faciet, cum ipsius Reip. intersit, ne delicta maneat impunita. De eo casu, quo aliquis in multam C. scutariorum condemnatus, ea comminatione, quod, si intra octiduum eam non solverit, manus amputatione plectri debeat, an elapsa octiduo condemnatus, id, quod fiscus vicissim sibi debet, cum pena corporis afflictiva penitare valeat? Vid. Salycetus, ad L. 1. n. 2. Cod. de comp. Richard. ibid. n. 4. ubi hanc questionem iterque affirmative decidit, licet alii stationi, quam quae condemnato vicissim quid debet, illa multatam debeatur. Cujus decisionis haec ratio affectur à Baldio, ad L. 1. Cod. d. t. quod per ipsummet fiscum vel Remp. fieret, quod minus, intra terminum octidui, pena pecuniaria à delinquente soluta sit, dum scil. ille huius non satisfecit. Add. omnino Seb. Medices, de compens. P. 1. Q. 20. n. 6. ubi plures hanc in rem authores accumulat. Tyndarus, de compens. art. 5. n. 38.

## §. XXXI.

Circa **Effectum** nihil singulare obserbare haec tenus lieuit. Neque enim ambigendum est, quin & hic mutua debita, statim atque concurrunt, ipso jure tollantur, secundum ea, quae de compensatione in genere contra plurimos dissententes tradunt Tyndar. loc. c. art. 6. à n. 47. usq. ad n. 50. Dn. Schile in Prax. Ex. 28. §. 22. conf. supra §. 5. & per consequens **curlus usuratum**, quas scil. debitor fiscalis solvere tenebatur, sifatur: id quod etiam apud Romanos, specialiter constitutum fuisse refert Alpianus, in L. 12. n. de comp. juncta L. praece. 11. vid. omni. Joh. Francie. de Ponte, lib. 2. conf. 19. n. 4. & seqq. Dominic. Manfrella, ad Hebr. Cap. 4. Latre Dec. 25. n. 4. De compensatione quod paena, in casum sequentis solutionis interminata, exclusionem efficacia videatur, praeter supra laudatos, Alciat. cons. 393. n. 2.

§. XXXII. Ad **Affinia** pertinet (1) **Retentio**, vid. supra. §. 24. ubi de retentione bonorum domanialium egimus. (2) **Reconvénio**, si nimimum is, à quo fiscus, aliquid judicialiter petit, hinc reconveniat: id quod regulariter, extra casum publicae necessitatis, fieri posse arbitramur. Quanquam enim causae fiscales de jure Romano singulare forum habeant, per t. t. Cod. ubi caus. fiscal. & hodie ad ipsius Principis, vel hujus delegati cognitionem pertinere censemur:

Videat. Merv. part. 6. Dec. 143. num. 3. haec tamen sola ratio non obstat videatur, quod minus reus conventus beneficio reconventionis sive mutuae petitionis gaudeat, cum haec, sua ratione, etiam contra actorem privilegatum locum obtineat. Cui accedit, quod fiscus in dubio iure communi utatur, & in Principum quoque causis idem Ordo servandus sit, qui in causis privatorum. Vid. omnino Excell. Dn. Præl. cons. 14. n. 133. & seqq. Illud tñ. hic forte presupponendum erit, ut eadem statio, que reconvenienda, debetrix sit. Alia enīa reconveniri vix poterit arg. L. 1. Cod. de compens. (3.) **Compensatio**, quām Pontifici vocant, **occulta**, de qua Balmaseda, d. Q. 110. ubi de collectarum compensatione occulta prolixè disquirit, eamque ab omnibus Moralistis & Theologis approbari clamat. Intelligent autem Pontifici per compensatione occultam talem actum, que creditores sui debitöribus clam aliquid auferunt, illudque cum debito compensant ac retinent. Vid. P. Bauny, in tract. Gall. Som. des pech. p. 213. Erudit Bilius Casuum Conscientiae in Academia Cadamensi Professor, de I. & I. cap. 5. quod inscribitur de compensationibus occultis, quas & ipse ex communī Dd. sententia licitas esse ibidem scribit. Sed hoc pestilens & publicē noxiū Pontificiorum assertur à nostris reſtē damatur, quoniam compensatio occulta, si dicto modo explicetur, revera est furtum arg. L. 19. §. 7. π. defuit. Nec obſt. L. 55. π. eod. Vid. Brunn, ad L. 3. Cod. vi B. R. Hinc enīam cirari Baunii doctrina à Parisenſi & Lovaniensi Facultate merito profligata fuit, teste B. Dn. Mautrit, de Princip. Jur. Publ. D. 1. coroll. 6. Planè vero abit, ut hīce compensationibus occultis colorandis accommodemus ea, quæ tradit Grot. II. 7. 2. in cuius medio Vir summus pie moner, id, quod de expletione juris in superioribus dixerat, in statu civili locum non obtinere; nisi iudicij continuè essent. Quanquam autem loca, quæ Grot. in anno. ad d. cap. 2. subiicit, compensationibus occultis favere videantur, tamen ea non approbat; sed faltem referit. Et quis nescit oblationem vasorum argenteorum Ægyptiorum ex alio capite, voluntatis scil. Divinæ, pro non illicita habendam esse?

§. XXXIII. Ad contraria referri poterit prohibicio Superioris, de qua vid. supr. §. 11. Si v. Principis Officialis aut etiam judex in casu, quo debita publica compensationem admittunt, hanc subditu deneger, pro re natâ, vel extrajudicialis, vel judicialis appellatio locum fori poterit: non obstante L. 4. & L. 8. Cod. Quorū appell. non receper. Porro si civitas quædam beneficium Rescripti moratorii impletraverit, hoc plane non impedit posse videtur, quod minus debitores, quos illa ad solutionem præstandam adgit, exceptionem compensationis restē opponant, quia tale rescriptum tantummodo solutionem aequalē ad tempus differt; jam v. admissa dicta exceptione non tam revera aliiquid solvitur, quam potius non restē exigitur; Resp. Jur. Holland. P. 2. Vol. 1. cons. 63. Voet. ad tit. π. de compens. th. 9. Vel, si maius, aliud est, differri debet exactiōne, quod haud dubiè Beneficium moratorium operatur: aliud vero, civitati debita quantitatibus solutionem urgenti opponere, murum ipsorum debitum & creditum ipso jure extinguum esse, adeò, ut nec intra, nec post lapsum termini à Principe induiti, illa ejus exactio civitati superfic. Anton. Faber, in Cod. Sab. lib. 1. t. 9. D. 13. ubi ad L. 19. π. Rem rat. haber. bene responder. Nec obstant illa, quæ contra Hunn. in Encycl. Jur. P. 2. t. 28. cap. 5. disputat Dn. Lauterbach, de benefic. Rescr. morat. th. ult.

TANTUM!

S O L I D E O G L O R I A.

94 A 7377

ULB Halle  
004 950 151

3



Vd 18

Vd 17





22  
23

B.I.G.  
Black

DISQUISITIO JURIDICA  
DE  
COMPENSATIONE DEBITORUM  
PUBLICORUM,

Von Abrechnung Staats- und Stadt-Schulden/

Quam,

PRAESIDE

DN. FERDINANDO CHRISTOPHORO  
HARPPRECHTO, Jurium Doctore & Professore Inclito,

Patrono ac Praeceptore suo statem devenerando,

die Decembr.

In Acroaterio JCtorum,

Publicè defendet

Georg. Adolph. Caroc.

TUBINGÆ,

Literis JOH. CONRADI EITELII,

Ao. MDCCIII.